IO. BAPTISTAE DE RUBEIS PHILOSOPHI, ET MEDICI VELITERNI. DE SALUBRI POTU LIBER. OPUS VARIA…

Giovanni Battista Rossi

Digitized by Google

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſs. Domino

D. OCTAVIANO RAGGIO,

CAMERÆ APOSTOLICÆ Generali Auditori meritiſsimo.

DOMINO, ET MOECENATI MEO Colendiſsimo.

VITAM PER OMNIA FORTVNATISSIMAM P.

P*Ræclariſsima fuit (Illuſtriſsime, & Reuerendiſs. D.) Democriti ſententia in Epiſtola ad Hipp. Omnes medicam artem noſſe oportere; eſt enim, inquit, ipſe præclara ſimul, & ad vitam conducibilis, tum verò vel maximè eruditionis, & eloquentiæ peritis; ſapientiæ namque medicinæ cognitionem ſororem, & familiarem eſſe duco. Sapientia ſiquidem animi perturbationes exhaurit. at medicina corporum morbos pellit. mens autem increſcit, cum adeſt ſanitas, cuius curam habere eos, qui rectè ſentiunt præ-*

clarui 7; Præſens enim morbus animum vehementer hebetat, & intelligentiam in affectus cognationem ſecum adducit. Hæc omnia Democritus: ex cuius ſententia colligi debet, quanta ſit omnibus habenda ratio, & cura medicinæ. Etenim ex cognitione illius, innumera, eaque digniſſima bona poſſunt homines acquirere, in plures annos fortaſsè vitam traducere, & plurimorum morborum occaſionem omnino euitare. In ipſa enim arte medica ab Hipp. in lib. de flatibus, nobis præcipuè quanta ex ciborum varietate naſcantur incommoda innoteſcet, quæ ſolum vt memoriæ prodidit Delius Antiphanes, eſt cauſſa morborum omnium. vt enim dicebat Seneca, diuerſa cibaria inquinant, non alunt. Diſcemus præterea ab eodem diuiniſsimo Sene 6. de morb. popul. duo eſſe capita conſeruandæ ſanitatis, exerceri, & non repleri; Immò ab ipſo, necnon etiam à Platone docebimur quænam ſit vera catarrhi hac noſtra tempeſtate frequentiſsimi origo, aliaque præterea multò digniora diſcemus. vt ob id mirari nemo debeat, ſi Magnates, & quamplures nobiliſsimi Principes medicinæ ſtudio delectentur. Principi enim viro nihil medicina charius, nihil iucundius, nihil fructuoſius in vita accidere poſſe teſtatur Craſſus. Hinc factum eſſe Illuſtriſsime Domine cenſendum eſt, vt cogitanti mihi cuinam haſce meas medicinales lucubrationes, ingenijq. primitias conſecrarem, Tu primus occurriſti; vt rerum medicinalium delectatione, atque vtilitate ductus, hanc etiam dotem ad tua ſtudia traducere digneris. præter quam quod hoc præſertim innumera in me collata beneficia, necnon tuæ Nobilitatis, & Familiæ ſplendor, tuaque in rebus gerendis prudentia inſignis, requirere planè videbantur. Norunt enim Romani ſapientiam;

tuamq.

tuamq. in negotiorum mole componenda dexteritatem; Nouit etiam annis elapſis Populus Veliternus, norunt alij, quibus in Annonæ caritate fœliciſsimè, & abundantiſsimè ſubuenire dignatus es. Vnde S.D.N. Vrbanus VIII. meritiſsimè per plures annos Annonæ præeſſe te voluit. Quam Prouinciam quanta fœlicitate geſſeris, nemo eſt, qui neſciat; & teſtatur ampliſsima, qua modo exornaris dignitas, quæ potius meritorum teſtis eſt locupletiſsimus, quàm præmium tuarum virtutum; qua ergo ſoles litteratorum conatus amplecti, hoſce meos qualeſcumque labores ſerena fronte ſuſcipe; & licet videantur indigni, vt tuæ offerantur amplitudini; memor tamen eris ſententiæ illius memorabilis Senecæ dicentis, neque aurum, neque argentum, ſed voluntatem munus eſſe. Vale Antiſtitum decus, & ornamentum; & Deus ter Opt. Max. Illuſtrem tuam dominationem, ſaluam, florentem, fœlicem vndique præſtet, Velitris 20. Maij, Anno Chriſti 1639.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Tuæ Dom.

Seruus humillimus, Tuæq. Amplitud. ſtudioſiſsimus,

Io. Baptiſta de Rubeis Medicus.

IOANNES BAPTISTA DE RVBEIS PHILOSOPHVS, ET MEDICVS,

AMATORI VERITATIS, ET BENIGNO LECTORI *SALVTEM.*

SAPIENTISSIME omnium conſenſu (Amice Lector) ſi quid aliud ab Ariſtotele pronunciatum eſt, hominem ad duo intelligendum, & agendum natum eſſe; vnde rectè exiſtimauit Seneca verè ſapientem & contemplationi deditum eſſe, proſilire in forum, & operam ſuam alijs commodare debere; Homo namque ſolitarius, iuxta commune dictum, aut Deus, aut mera beſtia eſt; cum ergo percurrendo, & contemplando medicinæ campos, varia hinc inde, memorabilia collegiſſem, & locos communes vt doctiſſimus monet Heurnius in tractatu de modo ſtudendi medic. cap. 7. fabricaſſem, vt mihi alijſque prodeſſem, ſunt enim homines, vt docet Tullius generati cauſſa hominum, vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſsint, vnde diuino numine aflatus Anaxagoras, ſecundùm Laertium, vel Piſiſtratus, ſecundùm Gellium, vel vt aſſerunt alij Aegyptij Sacerdotes librorum compoſitionem adinuenerunt; Hinc conſtitui in lucem edere, amiciſque propalare, & communicare, ea, quæ ſanè cum Poeta in nonum annum premi debebant & maturum ſeneſcentis ætatis iudicium expectare.

In

In hoc autem, mihi laudabile Appellis conſilium imitari propoſitum eſt, vt ſicut is ſua opera publicè exponendo ſpectatorum cenſuram annotabat, ita & ego in hoc præſtantiſsimorum virorum quos omnino iudices conſtituo ſententiam expectare debeam; & Aquilæ imitatione, ſi quid, quod non poſsit doctiſsimorum acutiſsimi ingenij Solem intueri reperiatur, tanquam illegitimum, & adulterinum repudiare valeam; ſi qui verò contumaces Ariſtarchi, quibus paſsim noſtra ætas abundat, qui ſicut non faciunt, ita alios facere nollent, affirmare non dubitarent à me ea omnia planè repetita eſſe, quæ iamdudum ab alijs grandiori, puriorique ſtilo ſcripta ſunt; dico cum Flauio Albinio hunc eſſe legendi fructum, vt æmuleris quæ in alijs probes, & quæ maximè in aliorum dictis mireris, in aliquem vſum tuum opportuna deriuatione conuertas, & rectè Aphranius Poeta, cum inſimularetur, quod plura ſumpſiſſet à Menandro, fateor inquit, accepi non modo ab illo, ſèd ab alijs, vt quiſque habuit, quod conueniret mihi, & me non poſſe facere melius credidi; neminemque adhuc inuentũ exiſtimo qui omnia, quæ in publicũ edidit in ſuo cerebro nata eſſe gloriari potuerit;]vnde in tanta hac noſtra tempeſtate librorum ſuppellectili, & ſcriptorum abundantia, ad ingenij, memoriæque exercitationem, nec non ad noſtram vtilitatem, cur non liceat probatiſsimorum virorum ſcripta imitari? præſertim cum certiſsimum ſit, quod ſtimulos parit æmula virtus; & præcipuè in arte medica, in qua iuxta dictũ ſummi Dictatoris in lib. de veteri Medic. ſemper noua põt fieri additio; Nec enim omnia ab Antiquis inuenta, & abſoluta ſunt, vt ob id exercitatione 306. diſertiſsimè pronunciauerit Scaliger, nihil eſſe infælicius ijs ingenijs quæ mordicus ſentiunt maiores noſtros nihil ignoraſſe; quilibet ergo ſtudere debet inuentioni, & ſicut in ſuo Medico docebat Siluaticus, perpetuò, & toto vitæ noſtræ tempore debemus habere, ſimul iuncta ſtudia Philoſophiæ, & medicinæ; & nulla ſanè maior delectatio, ac nobilior exercitatio ſtudio,

poteſt

poteſt inueniri, vt rectè ſententia illa memorabili Poeta monebat.

Altro diletto, ch'imparar non prouo.

E con quell'altra,

Mà il noſtro ſtudio, è quello,
Che fa per fama gli huomini immortali.

Nam ſi verum fateri velimus, ſtudium, & virtus nō modo æternos, ſed etiā nobiles homines faciunt. vnde rectè quondam Hiſpaniarum Regi ab Vrbano IV. reſponſum fuit, virtutem veram eſſe nobilitatem, quòd inſinuaſſe videntur Menander, dicendo, bonus vir mihi nobilis videtur, & nemo felix, niſi ſapiens, ipſe Plato in Alcibiade; & Cardanus lib. 17. de ſubtil. dum dixit ſapiens, Rege beatior eſt, & nobilem non maiorum nobilitas, ſed animi virtus efficit, dixit Theopompus, hinc rectè faciemus omnes ſi doctrina, & ſtudio non alijs ingenijs, dignitatem, famam, & gloriam comparare nobis ſtuduerimus, memores ſemper, aureæ ſententiæ eiuſdem Platonis quod cauſſa ſcientiæ eſt putare ſe nihil ſcire, cauſſa ignorantiæ putare ſe omnia ſcire, atque adeo malè faciunt nonnulli noſtris temporibus, qui vt docet diuinè Cardanus in lib. de malo medendi vſu, famam, & nominis opinionem conſuetudinibus, clientelis, ambitu, veſtium ornatu, dolis, verſutijs, confictis, & molliuſculis moribus adipiſci contendunt, nihil, aut parum, in doctrina, ſeu virtute repoſitum eſſe credentes; cum tamen hæc ipſa ſibi verè ponat Piramidas, & Statuas, ſed quicquid ſit ſcribo, non ijs, quorum mens, vt inquit Democritus, fluctuans, & inconſtans eſt, cum quibus non oportet, dicebat, congredi, & conuerſari; ſed amicis ſperans ab illis patrocinium nè inuidorum maledictis obruar. Et vnicum defenſorem voco, ſolum propugnaculum ſupremum veritatis Tribunal, cuius Diuina prouidentia protectus à Zoilorum calumniantium virulentis morſibus, & liuida proteruia defendar; duo tamen beneuolo Lectori in memoriam reuoco. Primum, quod

etiam

etiam ſi in hoc nihil à mè ſit inuentum, habeantur tamen hi tractatus pro locis communibus, è quibus tanquam è diuite penu vti loquitur erudit iſs. Heurnius, illico poſſit promere ſtudioſus opes, quæ præcipuè in hoc argumento poſſunt deſiderari.

Secuudum, quod omnibus in magnis difficilè eſt placeas, Solonis veriſsimò verbo, & vt Scaliger Epidorpid. lib. 3. ait.

Qui ſeuit, ab alto pluuiam ſatis precatur:
At iter faciens imbribus imprecatur atris.
Non ſæpè bonum placet; & tu placere credis?

Ideóq. obtrectationibus inuidorum nihil motus, opuſculum hoc edo in publicum, vt poſteris qui ſine affectu iudcabunt iudicium omne relinquam.

Paſcitur in viuis liuor, poſt Fata quieſcit.

Et iam abite à mè Ophiogenes, abite Pſylli, nati venena tantum exſugere librorum vos contra adeſte mites, & candidi, qui parati non impellere lapſantem, ſed benigna potius aliqua interpretatione leuare. Nam ego me labi, & errare, non poſſe ſolum fateor, ſed debere. Nonne homo ſum? Vale.

LODOVICI DE PROSPERIS I. V. D.

AD AVTHOREM EPIGRAMMA.

ET mentes hominum furijs æquare Lyæus,
  Et vires potuit debilitare ſimul.
Cordis, & arcanum profundere copia Bacchi
  Cogit & ebrietas bella parare viris,
Virginis ac potuit gremium ſpoliare pudore,
  Et iuuenis renes ſollicitare merum.
Denique fœcundi calices potuère medullis
  Mille ſimul morbos figere, mille mala.
Scilicet vt vinum, lędunt non pectora ſentes
  Nonue ſagittæ ſic, non aconita nocent.
At tua nos RVBEVS ſitibundos docta ſalubris
  Dogmata cum potus, iam docuere viam.
Omnia corporibus, fugère pericula noſtris,
  Vaſaquè Pandore tunc abiere procul.

¶ ¶ Eiuſ-

Eiuſdem

LODOVICI

DE EODEM.

TETRASTICON.

NE mera ferventi perfundát ora RVBORE

RVBRA, nec ignitas excitet vnda faces.

Occupet ac potu RVBICVNDVS corda Lyeus;

Hic potus RVBEVS dogma ſalubris habet.

DEL MEDESIMO

SONETTO

POter, l'arte, e l'ingegno vniti à proua
De l'immenſo Oceaan, varcar le ſponde,
E le Sirti ſchiuar, che dentro à l'onde
Speſſo co'l proprio riſchio altri ritroua.
Ma quai ſcogli mortali in ſeno coua,
E quai fieri naufragij anco naſconde
Nappo, che poco vin meſce, e conſonde
Mente, benche ſagace, vnqua non troua.
ROSSI tu ſol, cui di ſcoprir gli inganni
Di sì crudo tiranno è dato in ſorte
De la natura fral ripari i danni.
Che mentre à noi da la tua man ſon porte
Salutari beuande, à vita gli anni
Noſtri richiami, e gli ritogli à morte.

AD
IOAN. BAPTISTAM
DE RVBEIS
PHILOSOPHVM, ET MEDICVM,
Ciuemq. Veliternum.

DE SALVBRI POTV SCRIBENTEM.

DVM medicę cunctis artis ſecreta reuoluis,
Atque ſani potus nobile pandis iter.

Te linguæ nullum poterit violare venenum,
Inter Apollineos, gloria ſemper eris.

Nam quia tu nodos, tricaſque reſoluere tentas,
Et Medici cedunt, & Medicina tibi.

Medicus Amicus.

SONETTO
AL SIGNOR
GIO. BATTISTA
ROSSI,
IN LODE DELL'OPERA.
DEL SIGNOR
CAPITAN SISTO
GREGNA.

CEda alla penna tua l'allegro Dio,
Che ſe da gruſpi ſuoi diſtilla il Vino;
Stilli la penna tua liquor diuino,
Che l'alma appaga, e ſodisfà il deſio.
Moui alle note tue corrente Rio,
Dolce il ſuon, chiaro il piè, lento il camino;
Ond'agl'accenti tuoi fatto vicino
Porga ſalute, il mal ponga in oblio.
Spiri l'Aria dolcezza, e il tuo gran nome,
O ROSSI, *eſprima ogn'hor l'Aura gioconda,*
Già che in honor dell'Aria hai le parole.
O bel cerchio faranno alle tue chiome.
Rubini darà il Vino, e Perle l'Onda,
L'Aria darà le Stelle, e i rai del Sole.

SO-

SONETTO.

Al Molto Illuſtre, e Molto Eccell. Sig.

IL SIGNOR

GIO BATTISTA

ROSSI,

MEDICO, ET FILOSOFO

dignisſimo.

DI

SALVATORE LAVRO.

E più puri metalli, e ne i più chiari
Marmi ſcolpito reſti eterno il nome,
l'honorate, e virtuoſe chiome
rnin di Stelle, e non di Lauri auari.
ra (ò ROSSI) del Vino i vaſti, e i vari
egi racconti (alto Scrittor) ſi come
uino fuſti, e cento, e mille Rome
nci co i detti tuoi ſaggi, e preclari.
del Vino auuenturoſo il Fato,
ll' Aurea età da Iano hebbe la luce,
r da penna sì celebre è lodato.
la fama nel bel carro adduce
oi gran vanti, e'l nome tuo pregiato
i bei raggi del Sol ſplende, e riluce.

IN-

INDEX
CAPITVM LIBRI I.

De optimæ, & ſalubris aquæ electione. Caput I. pagina 1.

An aqua cocta ſit deterior cruda. Caput II. pag. 22.

De optimi, & ſalubris vini electione, atque vſu. Caput III. pag. 29.

De vini Veliterni natura, & facultatibus. Caput IV. pag. 50.

An ſit ſalutaris potus niue refrigeratus. Caput V. pag. 59.

[illegible]

DE

DE OPTIMAE AQVAE ELECTIONE.

CAP. I.

DIFFICILLIMVM eſſe in Vniuerſùm de Aqua quid certi determinare, docuit Dioſcorides lib. 5.cap. 11.& hoc quidem ob locorum proprietates aquarum priuatas naturas, aeris di-
poſitionem, & alia; nihilominus,quantum po
ero, aquam perfectiſsimam rimari, eligere, ac
eſcribere conabor. Et in primis quam ſit ad
umanæ vitæ conſeruationem neceſſarius dele-
tus aquarum, ſtatuit in probl. Ariſt. vbi docet,
uod magis eſt cauenda mutatio aquarum,
uàm alimentorum, quia nempè plurimum
quæ in pane,obſonijs,ac potu abſumimus,quod

docet Paulus lib. 1. de re medic. de Aquis inſcripto, quod ſic orditur; oportet, inquit, virtutis, & vitij aquarum eſſe peritum, aqua enim bona omni ętati confert, vt teſtatur Galen. 1. de ſanit. tuenda, cui conſentiunt Raſis, et Auic. & ad ſanitatem eam conferre lib. 31. cap. 2. memoriæ prodidit Plinius, vt non immeritò Pindarus primas aquæ partes tribuerit, & ab Antiquis cum Heſiodo, aqua rerũ principiũ dicta ſit. Enimuerò aqua efficaciùs, & validiùs, quã aer immutat corpora, & licet aer ab Hip. in lib. de flatibus, auctor dicatur, ac dominus in omnibus, quæ corpori accidunt, quod etiam confirmant Paulus, & Aetius, aquarum tamen potus, inhæreſcentem magis corpori materiam, & permanentem ſubſtantiam præſtat, vnde etiam Ariſt. 1. problem. 13. docet mutationem aquarum grauem eſſe, aeris verò non grauem. Quapropter operæpretium omninò eſt, qualitates, & conditiones aquæ ſalutaris exponere, vt quis ea innoxiè vtatur, & poſsit vnuſquiſque pro arbitrio optimam ſibi aquam eligere; et in primis ſuppono tanquam omnibus compertiſsimum, aquam à Philoſophis poni frigidam, & humidam, contra paradoxum Theleſij, qui aquam naturaliter

calidam ponere dicebatur; Suppono etiã quod ab ijſdem Philoſophis probatur, aquam vix puram, & impermixtam reperiri, vt et reliqua elementa, quamobrem magna eſt aquarum diuerſitas, & plures differentiæ, quæ iuxta mentem Aetij ſunt Quintuplices; alia enim eſt fontana, alia fluuialis, alia pluuialis, alia putealis, alia ſtagnanis, et ab Hipp. in lib. de aere, aquis, et locis vocata ſtataria, addi poteſt niuoſa, & glacialis; Suppono vlteriùs cum Gal. 4. de vſu partiũ c. 5. aquam non nutrire, vocat enim ibi aquam vehiculum alimenti, nam ex ea nulla animalis particula nutriri poteſt, vt docent 3. de ratione victus acutorum comm. 17. Idem etiam ſignificauit 4. Aphor. 13. cum dixit aqua nec epota, nec extrinſecus occurrens apta eſt ſolidas animalis partes humectare, videndus etiam Ariſt. in lib. de ſenſu, & ſenſili, vbi probat contra Pythagoreos, aquam corpus non nutrire, et licet ipſemet Ariſt. 1. Probl. 13. vocet aquam corporis alimentum, reſpondere poſſumus cũ Patau. in commentario, Ariſt. verba, aqua corporibus eſt alimentum, eſſe ſic intelligenda, ideſt veluti alimentum, quia ſemper cum cibo ſumitur, faciens ipſum penetrare; vel dicendum cum doctiſ-

ctiſsimo Alemano in lib. Hipp. de aere, Ariſto-
teli non eſſe multum in Problematis fidendum,
quia problematicè proponit quæſtiones, & pro-
blematicè ſoluit; vel dicas cum Valleſ. Ariſt. lo-
qui de aquis medicatis, quales ſunt aqua mellis,
fęniculi, aniſi, &c. Porrò aquam nō alere, ſed ve-
hiculum ſolum eſſe alimenti, et Hipp. et cæteri
præſtantiſsimi Medici dixerunt, vt docet Ori-
baſius lib. 5. Collect. qui verò plura circa hanc
quæſtionem deſiderat, legat Valleſ. lib. 6. Con-
trouer. c. 6. Contrariæ tamen ſententiæ videtur
eſſe Cardanus, Rondeletius, Marcel. Donat. &
Quercet. in ſuo Diætetico polyhiſtorico, vbi co-
natur probare aquam omninò nutrire, cuius
hæc ſunt verba, Quicquid dicant alij aqua ſim-
plex frigida naturæ vitalis, et alimentoſę eſt par-
ticeps, vt quæ ad naturam ſui elementi proxi-
mè accedat, quæque benedictionis ferat fructū,
quam Deus illi impertitus eſt, cum iuſsit, vt
aquæ producerent reptile animæ viuentis, &c.
quæ quidē benedictio permanet adhuc, & per-
manebit in finem ſæculorum. Huius aquæ vi-
talis fidem faciunt, quæ conſtruuntur priuata
viuaria, ad piſces ſeruandos, qui licet voraces
ſint, et ex pręda aliorū piſcium victitent, qualis
eſt

eſt Lucius, & ingentes truttæ, et id genus alij, tamen diu in vita perſtant, citra vllam prędam, ſola aqua vitam fouentes, quæ illis foret inutilis, ſi vitali omni ſpiritu,& alimentoſa facultate deſtitueretur. Sed contrà, eſt cõmunis ferè omniũ Medicorũ opinio, quàm rectè loco citato confirmat eruditiſs. Valleſ. necnon etiam Zacutus vir varię lectionis, et eruditionis lib. 2. de Med. Princip. hiſt. pag. 511. vbi de hac re ingenioſiſſimè pertractat. His ergo ſuppoſitis veniamus ad aquæ delectum, et quæ ſit præſtantior ad hominis vitam cõſeruandam videamus; in qua re aduertendum, aquæ bonitatem, quæ vniuerſis hominibus, tàm ſanis, quàm ægris commodiſsima eſt, et ad vitam maximè neceſſaria iudicandam ex guſtu, viſu, olfactu, iuxtà Galeni ſententiam lib. de ptiſana c. 1. et 4. Simplicium c. 3. ex guſtu quidem, quia nec aciditatem, nec ſalſitudinem, nec acrimoniam, nec aliam vllam qualitatem debet referre; ex viſu, quia debet eſſe ſincera, pellucida tenuium partium; ex olfactu, quia nullam odorabilem qualitatẽ debet referre, quæ nares feriat; vt autem quænam ſit præſtantior inueniamus omnes aquarum ſpecies percurrere debemus.

Et

Et in primis quod attinet ad pluuiales, quærit Alexander Aphrodiſeus, cur aqua pluuia leuior ſit cum ex mari hauriatur, quod graue eſt? Reſpondet Alemanus in comm. ad lib. Hipp. de aere, aquis, & locis, ſpiritu agitatam effici leuem, ac tenuem, & verum quidem eſt, pluuiales aquas eſſe leuiſſimas, dulciſſimas, ac tenuiſſimas, et ſplendidiſsimas, vt liquidò conſtat ex Hipp. & Orib. lib. 5. Collect. ad Iulianum c. 1. & ex generatione ipſius aquæ, Sol enim, inquit Hipp. in lib. de aere, quod in primis eſt in aqua tenuiſsimum, et leuiſsimum, ſurſum educit, et rapit; Cæterum docent Hipp. Oribaſ. et Paulus, huiuſmodi aquas citiſsimè putreſcere (licet Rorarius dicat putreſcere ſolam aquam pluuiam, quæ procelloſa eſt) vnde Valturius in lib. de re militari damnat eos, qui probant aquam imbrium, ex eo quod ſit leuiſſima; hac enim ratione dicebat, grandines, et niues in aquam ſolutæ præferri deberent, quæ tamen ab Hipp. repudiantur, nam vt inquit Gell. lib. 19. c. 5. cum aqua frigore congelatur, manet quod graue eſt, & ſolidum, euaporat, quod eſt leuiſsimum; aquæ ergo pluuiæ cum facillimè putreſcant, prauum habent odorem, quod ex pluribus per-

mixtæ,

mixtæ, & collectæ ſint; vnde ex Hipp. opus habent vt decoquantur, et excolentur, ſin minus raucitatem eam bibentibus facere affirmauit, & vocis grauitatem, quod his verbis docuit Oribaſius; Quædam aquæ de pluuia, loquitur, faciunt vitia in gutture, tuſſes mouent, raucitatē, grauedinem, cui aſſentitur. Paulus Plin. lib. 31. c. 3. loquendo de aqua pluuia, ipſe quoque docet facillimè ipsā putreſcere, et minimè durare in nauigatione ſcribit; in bilem facilè verti, tradidit Aetius, ſed loquitur ex ſententia Ruffi, nam ſi aquæ natura conſideretur, facilè quilibet intelliget impoſſibile eſſe, aquam, qua aqua eſt in bilem verti, et tantum abeſt, vt bilis generationi præbeat occaſionem, vt potius ſit illi temperamento aduerſiſſima, cum ſit frigidiſſima, et humidiſſima, bilis verò omnium, qui ſunt in noſtro corpore humorum, calidiſsima, atque ſicciſſima; videndus eruditiſsimus Septalius in Comm. 3. tex. 2. lib. Hippocr. de aere, aquis, & locis, qui acerrimè tuetur, nec aquā ſimplicem, nec potabilem hāc noſtram, et permixtam verti poſſe in bilem; cum verò Hipp. et Galen. multis in locis aquam dixerunt amareſcere, bileſcere; doctiſsimè reſpondet, duplici ratione dici

poſſe

poſſe aquam bilioſam, & eandem amareſcere, vel quia bilioſis excremẽtis admiſcetur, qua ratione amareſcit, & auget excremẽtorum quantitatem; vnde aucta quantitate, tum ob aquæ liquiditatem, tum ob acrimoniã, et ſubtilitatem poterunt faciliùs permeare, et effectus bilis producere. Altera ratione dicebat, aqua bilioſa dici poteſt, & bilem augere, vbi fuerit medicamentoſa, et alicui rei permixta, quæ facilè bileſcat, quales ſunt aquæ ſulphureę, aluminoſę, aut ſimiles. Inter pluuiales autem Hipp. laudat eam 6. epidem. ſect. 4. tex. 17. quæ ab æthere cum tonitru excreta eſt, eam enim temporariam vocat, procelloſam malam, quod etiam confirmare videntur Gal. Auic. Paulus Oribaſius. Theophraſtus ſcribit imbrem nocturnum præſtare diurno. Aquam pluuiam fore ſaluberrimam ſi fictilibus tubis in contectam ciſternam ducatur teſtatum reliquit Columella. Cenſent Ruffus Epheſ. Iulius Alexandrinus, et Baccius in primo de Thermis c. 8. Pluuias aquas, nobilitate, ac præſtãtia fontanis quibuſcumque eſſe pręferendas; quod verum eſſe videtur, ſi ſola leuitas, et tenuitas ſpectetur; ſed cum ex terra per calorem varij attollantur vapores, pluuijſque materiam

præbeant, non planè puræ hæ aquæ videntur; qua decauſſa ſunt etiam putredini obnoxiæ, atque idcircò valetudini commodiores ſunt fontanæ puræ, vt dicetur; Hoc autem de aqua pluuia notandum eſt, eam eſſe ſtipticę facultatis, vt docuit Septalius, vnde ab Auic. Paulo, et Aetio in fluxu ventris probatur, & medicamentis ocularibus ſyncera pluuialis ſecundum Hipp. perhibetur vtilis, nacta ſcilicet modicam ſiccitatem citrà calorem. Quod attinet ad fluuiales, Hæ aquæ omnes malæ ſunt, Nili aqua excepta, hæc enim omnibus virtutibus exornata eſt. Fluuiorum autē aqua maxima ex parte fontana eſt, ex fontibus .n. pluribus cōfluentibus flumina ſolēt oriri; quoniam verò non omnes fontes fluentes in eundem fluuium eiuſdem planè ſunt naturę, mixtam habent naturam aquę fluuiatiles. Hip. in lib. de Aere docet, quod calculo maximè tentantur, renum morbis, vrinæ ſtillicidio, & coxendicum affectionibus corripiūtur, qui bibunt aquas de magnis fluminibus, & illæ potiſſimum debent intelligi, quæ è magnis fluminibus aſſumuntur, in quæ alia deferuntur, nec immeritò, quia longiſſimo tractu per varia terræ genera decurrunt, modò ſabulum, modò limum, modò

ſalem, cęnumque, arenam, argillam, et ſimilia deportant, ex quibus morbi ab Hipp. enumerati, et alia paſsionum genera ſolent exoriri; quibus ergo desũt ſaluberrimi fontes, et fluuiali aqua vti cogantur, magna cautione, et prudentia vti debeat, ne pro ſalubri vitioſam hauriant; item è medio gurgite, plerumque fluminis alueo ſumenda eſt, non ex littore, ratio eſt, quia, quæ pleno flumine fertur, ob motum Solis, & ſplendorem, tenuior, dulcior, defęcatior, atque ſalubrior exiſtit, quæ verò ex littore petitur cęnoſa, grauis, ſordida, lutulenta, ac proinde vitioſa eſt; obſeruandum eſt vbi aqua fluuiali vtendum, vt priùs quieta ſtet in hydrijs, vt quicquid impurum ſecum vehit, id ad fundũ deponatur; ſicut videtur eſſe mos apud Romanos in aqua Tyberina; & ſicut Reges Perſarum ſuas Eulei, et Coaſpis aquas ſecum afferre curabant, ita & Romani Pontifices, Paulus III. & Clemens VII. alijque, vt relatum eſt, aquas Tyberinas quocumque irent, vnde à doctiſſimo petronio probabãtur, et à Baccio vocantur incomparabiles, oppoſitum tamen videtur ſenſiſſe Card. in lib. de Prouidentia ex anni conſtitutione pag. 14. neque enim dicebat, tot Impe-

peratores latere id potuiſſet, quod deſęcata eſſet bona, etſi decem annis maneat aqua Tyberina, non poterit ſpoliari metallica facultate; & ſanè Tyberim recipere, tiburtinas medicatas aquas multas, tum ſulphureas, tum etiam aluminoſas certiſſimū eſt, ideoq. calculis generandis exiſtimantur aquæ Tyberis opportunæ. Notabile tñ eſt quod inquit Matthiol. lib. 5. c. 11. & cõfirmauit Monauius epiſt. 196. apud Scholziū Tyberis aquam depuratã per centum annos abſque eo, quod putreſcat, poſſe in vaſis conſeruari.

Puteales aquæ fluuialibus longè deteriores habentur, et à Plin. lib. 31. c. 3. improbantur, frigidæ ſunt, ęgrè digeruntur, vt docet Aetius, præſertim ſi earū ductus, aut minerales ſint, aut limo, cęnoue obducti fuerint, huiuſmodi eſſe ſolẽt putredinoſæ, nec mirùm id vitij putealibus ineſſe aquis, vt plurimum, quia hæ non ſua virtute prodeunt, ſed aliena, & manu facta, ſcilicet effoſſa terra per terrenos anfractus. Commemorabile eſt quod dixit Vlpian. quod aqua ciſternæ habet cauſſam, artem, aqua fontana naturam, & quantùm natura ſuperat artem, tantùm aqua fontana ciſterninam ſuperexcellit. Vbi ergo pluuiales, et fontanæ aquæ defuerint, pu-

tea-

tealibus vtendum, ſed quarum putei os Orientem ſi fieri poſſit ſpectet, ſitq. aperto, et patenti cęlo expoſitum, non anguſtis locis concluſum, nec puteus ſordidi ſit fundi, vtiliſsimũ eſt quod in ciſterna efficitur inijciendo piſciculos viuos, ad motum excitandum, ſic enim euadit aqua purior, et diutiùs ſalubris poteſt aſſeruari, nec contrahit putredinem.

Stagnantes aquæ omnes, et paluſtres, longè peſsimæ ſunt, vt conſtat ex Hipp. in lib. de Aere, & Gal. 1. de tuend. ſanit. cap. 15. Plin. lib. 31. cap. 3. cum enim ſtent, aut pigro ſaltem motu moueantur, & ſint limoſæ, et vt loquitur Septalius collectitię, facilè putreſcunt, ſunt craſſæ, duræ, ſæpè malignæ, ac peſtilentes, vnde bibentibus magna incommoda obueniunt, ventriculus offenditur, humores corrumpuntur, non rarò putridæ, malignæ, ac peſtilentes febres excitantur, viſcera obſtruuntur, & varia fiunt malorum genera, quæ loco citato recenſet Hipp. Aquæ paluſtres, noxiæ ſunt in potu, vt docuit Columella lib. 1. de re Ruſtica cap. 5. & ſolùm cenſentur à Theophraſto vtiles ad irrigationes hortorum; & hinc legimus Dioclem Medicum in Exercitu Darij eas decoquere ſolitum eſſe,

inie-

iniecta argilla, & ouorum albuminibus, & mox transfundere; Solinum eas percolare conſueuiſſe cum argilla. Nec veræ paluſtres ſunt maximæ illæ Nili collectiones, in Ægypto, quas ex Ruffo probat Oribaſius ad potum, quia non putreſcunt æſtate, & hyeme, et quodam motu agitantur. Vnde Homerus Od. 4. aquam à Ioue venientem Nilum appellat. Et Gen. 2. ponitur Nilus inter 4. flumina Paradiſi terreſtris. Damnatur ab Hip. in lib. de Aere aquę ex niue, & glacie, & vocantur ab ipſo peſſimæ, ſunt enim craſſæ, nam vt dicebat congelatione quod leuiſſimũ eſt euaneſcit, & expirat, præterea inſignis earum frigiditas, lędit, & afficit ventriculum, etſi verò iuuenes robuſtiores eius noxam, non mox percipiant ingraueſcente ætate, eam ſentiunt, & articulorum, neruorum, viſcerumq. morbos tales contrahunt, quos non facilè vincunt. Ille ergo, qui fuerit ſanitatis obſeruantiſſimus, fęliciùs vtetur aqua fontana; nec Raſis audiendus dicens aquam magnorum fluminum meliorem eſſe fontana, nã ſatis redarguitur ab Auer. Aqua enim fontana, vt docet Gal. 1. de tuend. ſanit. cap. 15. Paulo lib. 7. c. 3. Auerroe 5. colliget 37. alijs omnibus eſt præferenda, vt quæ nimirum

guſtu

guſtu iucunda, & omnis qualitatis expers celeriter præcordia permeat; licet non omnis fontana his dotibus prædita ſit, vt loc. cit. docet Gal. quę enim vergit ad Occidentem, violenta eſt refrigeratione, ac duritie, vt docet Oribaſius, & ſic Inſula Sardinia habetur omnium inſaluberrima, quia habet aquas à Meridie ſtagnantes, vt docuit Alemanus; ſola ergo illa commendatur, quæ ad Orientem Solem curſum habet, hæc enim citò calefit, & citò refrigeratur, quam conditionem debet habere optima aqua, iuxtà mentem Hipp. & Gal. 5. Aphoriſ. 26. præterea debet fluere è locis ſublimibus, & profundiſſimis fontibus emanare, hæc enim aqua docet Hipp. dulcis eſt, ad potandum ſuauis, & grata; hyeme calida fit, æſtate frigida, quæ verò aquæ ēt fontanæ ab vſu habent ſaporem loci naturam per quam fluunt, arguunt, vireſque mineraliū, aluminis, ſulphuris, vitrioli ſecum vehunt, & propterea, nō pro potu ſimpliciter, ſed pro potu medicato habendæ ſunt. Vnus in toto Orbe traditur fons aquæ iucundè olentis in Meſopotamia, vt teſtatur Plin. lib. 31. cap. 3. aqua ergo ſalubris aeri quam ſimillima eſſe debet, vt docet Idem, ibidem, & optima cenſetur à Gal. 1. de

ſimplic.medic.facul. cap. 5. & omnibus quæ viſu, guſtu, olfactu, ſincera, pura eſſe deprehenditur, vt dictum eſt. Vnde nō debet probari aqua in Cardiæ campo, quam, vt refert Pauſanias, bibentes ſentiunt lacte dulciorem; in qua re dijudicanda maximè valent abſtemij, qui aquarum differentias, vel ſapore ſolùm non minùs exactè dijudicare poſſunt, quàm alius quiſpiam vini differentias. Vnum principale indicium ab Hipp. optimæ aquæ cenſetur, vt citò calefiat, citò refrigeretur; ſolebant veteres aquæ bonitatem pondere metiri, neque hæc nota, vt docet Hollerius 5. Aphoriſ. 26. eſt reprobanda, nam ſi quæ pondere æſtimetur, quæ leuior erit, ea erit melior, Hipp. tamen non intelligit eam optimam eſſe, quæ pondere ſit leuis, ſed eam, quæ celerrimè alteratur, & tranſmutatur à calore, & diſtribuitur per anadoſim in corpus, & excernitur, ſed notandum ex eodem Hollerio loco cit. quod licet aquæ fontanæ obuerſæ ſint Orientibus, videndum tamen eſt, an non contraxerint quādam malignitatem per canales, aut vias per quas tranſeunt ſiquidem aliquādo canales contrahunt limum, & tum aqua alioqui orienti obuerſa mala eſt, aliquando canales ſunt plumbei;

&

& tum aqua parit diſſenterias, vt in Epid. ſcribit Gal. & hinc meritò damnatur ab Auicenna, & Vitruuio ſimilis aqua, licet vſui ſit Gallis, & Belgis, & Pannonijs, et toti ferè Germaniæ, vt teſtatur Baccius. Nec videtur reticendum, quod docet Oribaſius, et videtur ab Hipp. deſumptum, colles, et montes, ad bonas aquas eructandas potiores eſſe, humiliori, & plano loco, nam et puriores, tenuiores, odoratiores, dulcedineque ſuauiores aquas emittunt; quod etiam teſtatur Columella lib. 1. cap. 5. dicendo, Perfecta aqua, eſt fluens è montibus, et per ſaxa ruens, teſtatur et Auicen. cuius Interpretes bonæ, ac ſalubris aquæ notas his verſibus complexi ſunt.

Fons, caſus, fundus, curſus ab origine diſtans
Subtilis, non tecta, leuis, paſcibilis aptè
Multa, & clara, parum vini, toleranſque ſaporem.
Sicque, & odore carens, linquens hypocondria raptim
Non rebus confecta malis reſidentia paruo
Tempore deſcendit, coctim diſſoluitur ipſa
Octo, decemque modis primum cognoſcitur vnda.

Nec videtur indicium perfectiſsimæ aquæ, cuius mentionem fecit Palladius contemnendum; inquit enim ex Incolarum ſalubritate noſcamus oportet optimam aquam, ſed notan-

C dum

dum ex Hipp.in lib. de Aere, quod quiſquis eſt ſanus, is nullum diſcrimen facere debet,ſed ſemper eam bibat, quæ præſens, et ad manus eſt.

Non tamen intelligitur, vt in Comment.docet Septalius, debere ſanum omnes bibere, puta paluſtres, putridas; ſi enim ſanus eſt, hoc modo ſanitatem ammittet; ſed omnes re vera potabiles, quales ſunt fontanę, pluuiales, puteales alięquè ſimiles.

Concludamus tandem cum Hipp. et Ruffo apud Oribaſium lib. 5. Collect. optimā aquam eſſe fontanam, quæ fluit è locis ſublimibus, et collibus, et cuius fluxio erumpit ad Solis exortum, quæ eſt clara, limpida, tenuis nulli alteri ſubſtantiæ admixta, nullo prauo ſapore referta, omni odore carens, quæ æſtate eſt frigida, hyeme calida, quæ citò permeat hypocondria, quæ citò calefit, citò refrigeratur. Qui alia deſiderant circa naturam, & facultates aquarum, perlegant Hipp. in lib. de aere, aquis, et locis, Vitruuium lib. 8. Architecturæ, Andream Thurinum Piſcienſem in lib. de aquarum bonitate, virum ſanè clariſsimū, & Pauli III. Pont.Max. Medicū, Marcellum Virgil. lib. 5. in Dioſcorid. Ludouic.Nonnium lib. 4. cap. 4. de re cibaria.

Et

Et ſi quis vlterius ſcire vellet aquarum Thermalium naturam, facultates, et vſum, attentè legat eruditiſsimi Baccij de Thermis lib. 7. in quibus exactiſsima, et accuratiſsima methodo, ea omnia quæ poſſunt in hoc argumento deſiderari pertractantur, vt omnibus planè ſit adēpta occaſio, aliquid quod verè ſolidum ſit, et quod non offendat doctiſſimorum aures, addendi. Etſi Noſtrates fortaſsè notitiam omnibus numeris abſolutam: de Natura, & viribus Aquæ Anticoli in Campania apud nos, nec non etiam Romanos celebratiſsimæ habere percuperent, audiant eundem Baccium lib. 6. de Thermis pag. 335. verſic. 48. ſic doctiſsimè loquentem.

In primis autem de Aquis ad Anticolum Caſtellum ſcribemus, non tam quidem ob ſaporis proprietatē, quem nullum habent, quā quod in hoc ordine, quem præſcripſimus, illuſtres obtinent prærogatiuas. Claræ aquæ, ſuaues, nullo ſapore, ęſtate frigidæ, hyeme tepidæ, pondere cum Tyberinis, limpidis, comparabiles, & nullius ſedimenti; hoc excepto, quod ex decoctione, tenuiſsimo, ac tenaciſsimo veluti pigmento latera vaſis dealbat: ex calcanthi, ac nitri

ſimul, vt exiſtimo, paucisſima, ac puriſſima parte, quam è ſubiectis id genus vaporibus prima origine conceperint, quas mineras ſubtiliſſimę ſubſtantiæ eſſe diximus, aperire mediocri calore, incidere abſumere lapidem, eijcere arenulas. In quibus affectibus meritò has aquas ſuperare omnem cauſam naturalem dixerim, quando in tanta ſynceritate ſubſtantiæ, omnis ferè mixtionis expertes; ſubtilis adeò tamen qualitatis, ac tantę acuitatis ſint, vt vel margines ipſos fontis vnde exiliunt mirificè exedant. Nec minoris ſunt in corpore efficaciæ: ſumptæ enim in potibus medicatis ieiuno ſtomacho, plenis, iteratiſq. poculis, vt moris eſt; ſupra, & infra deijciunt ventrem, vrinas, & aſſecla vrinis excrementa omnia educunt, ſudores eliciunt. Et cum vſus earũ domeſticus ſit, & in potibus, ac cibis, coquendiſque cibarijs, quæ percoquũt citiſſimè; hoc rarum in his aquis eſt, neminem vnquam ex indigenis, arenularum, aut vrinariorum meatuum morbis laboraſſe, neminem inutili aruina pingueſcere accepimus, quod momentum in eis ſiccæ qualitatis, quam diximus, vel æris, vel chalcanthi, vel nitri ſignificat. Romæ celebris earum laus eſt, ac vſus quibuſdam

toto anno continuus, ad appetentiam excitandā, ad arenulas, ad obeſos. Nam ad plures menſes ſeruantur incorruptæ. Debent verò colligi ſub Sirio, menſe Iulio, quando minus imbribus cō-taminatæ emanant; tumque et vſu balnei vtiliter bibuntur; et pag. 338. aſsimilabat has aquas quibuſdam aquis in agro Biacenſi in Hiſpania celeberrimis; nec reticendū videtur quod prius dixerat lib. 2. pag. 59. Aqua Anticoli hic in Cā-pania, haud ferè differt ab aqua ſimplici: verùm ab inſigni hac operatione, qua & fontem, & canales, qua tranſit, aliquo temporis curriculo abſumit omnes eam communiter calchanthi naturam continere aſſeuerant: quapropter et calculoſis eſt medicina mirabilis. De hac eadem aqua diffusè, & diſertiſsimè quoque excellentiſſimus, & eruditiſs. Franciſcus Colutius conciuis noſter olim in Rom. Gymnaſio Medicinæ profeſſor lib. 2. de querelis nephriticis c. 3. pag. 133. pertractauit, vnde tum ex eo, tum ex allata doctrina Baccij cumulatiſsimè, ac breuiſsimè ea omnia, quæ poſſunt pertinere ad harum aquarum naturam, facultates, & vſum, quilibet intelligere, & comprehendere poteſt, vt non ſit opus aliud adijcere, eſſet enim addere obſcuritatem

cla-

claris, & vt dicitur, ferre noctuas Athenas.

An Aqua cocta ſit deterior cruda.
CAP. II.

IMprobant nonnulli aquarum coctionem, cum Gal. 6.Epid.ſect.4. par.10. vbi docet, quod optima fontana ſpectans Orientem, minimè eſt elixanda, quia, vt docuit Septalius, ſatis cocta videtur in terræ penetralibus, & per longum tractum, & arctas ſcaturigines percolatur optimè. Et ipſemet Hipp.3.acutorum 39. de aqua loquens, nullam facit mentionem aquæ coctæ, vel crudæ, quaſi quod vtraque eandem habeat naturam, & idem Hipp. eod. lib.tex.32. mulſam crudam coctæ præponit. Dicunt præterea cum Ariſtotele 4. Meteoror. Omnia quæ coquuntur, per coctionem fieri craſſiora, per coctionem ergo aqua craſſior euadet. Dicunt vltimò, ſi aqua coquatur, tenuiores partes per decoctionem exhalant, craſſiores verò relinquuntur, præterquam quod aqua ignei quidpiam acquiret.

Ferdinandus Rodericus cap.3. de aquæ potu diſtinctione conatur hanc litem dirimere, &

po-

ponit hanc concluſionem, aquę tenuiſſimæ, puriſſimæ coctione deteriores, & craſſiores euadunt, quæ verò contrariæ ſunt longè præſtantiores, & ſalubriores per coctionem redduntur; Prior pars concluſionis colligitur ex Gal. loc. cit. vbi optimas aquas coqui non debere monet, nā per inſenſibilem halitū, quod tenuè eſt, ab aqua dum coquitur tranſpirat, ſupereſt verò, quod craſſum eſt, præterquam quod aquæ coctæ ſunt guſtui ingratiores, & eas aquas vult eſſe coquēdas, quibus aliquod ineſt vitium, vt eſt limoſa, paluſtris, lutulenta, & cruda. Nihilominus his non obſtātibus liberè dicimus cum Plin. lib. 31. cap. 3. omnem aquam decoctam eſſe vtiliorem, nec poſſumus imaginari aliquam eſſe aquam talis perfectionis, quæ non ſit alicuius vitij particeps, & hoc nomine coqui non debeat; in omni enim aqua reperitur tartarum, vt docet Paracellus, & rectè docebat Auic. 2. 1. doctrin. 2. cap. 16. ſic aſſerens, & torpidi quidam Medicorum exiſtimāt, quod aquæ coctæ reſoluatur ſubtile, & ipſius remaneat ſpiſſum. omninò autem, vt docet Valleſ. 1. Metho. cap. 11. elixatio aquā ſi quid vitij habet, emendat, præter ſi ſit ſalſa, aut amara, nam tenuiorem facit (cum aqua co-

ctilis

ctilis propriè non ſit, vt poſſit craſſeſcere) & minus flatuoſam, reſoluens inſenſibiliter partes, in flatus craſſos abire paratas; nec valet dicere, hoc ſolum intelligi de aquis vitioſis, non de optimis, ſolum enim illa ratio non probatur, quod ſi etiam optima coquatur, quod tenue eſt tranſpirat; quod ſupereſt, craſſum eſt, nam nõ eſt opus metuere, vt aqua cõcoctione craſſeſcat, potius enim tota exhalat, quam vt craſsior fiat, & quod exhalat, vt optimè docet Sennertus lib. 4. Inſtit. par. 1. cap. 4. non eſt tenuior aquæ ſubſtantia, ſed tota aqua, & vt dicebat Septalius, vniuerſa aquæ ſubſtantia, & quicquid craſſi admixtum fuerit illud per decoctionem, per ſubſidentiam à pura aquę ſubſtantia ſeparatur, immò, vt docet Alemanus in lib. Hipp. de Aere, ſi vas aqua plenum Soli exponatur, ſenſim vniuerſa euacuabitur; ſed omnium diſſertiſſimè Scaliger exercit. 22. ad Cardanum reſpondet, cuius verba notare liceat. Etiam aquam coctm, qui damnarent nuper exorti ſunt Medici eadem calumnia quod tenuè abeat, craſſum relinquatur, ſenſibus obnoxij, cum apud Ariſtophanis, & Herodiani ſubſellia nullã inueniſſent rationẽ, nullam in Lyceo quæſiuere; at qui non diù coqui-

uimus, ſed quoad terrea cruda æquari poſsint, quare etiam vbi ad priſtinum frigus redacta, ſt etiam nõnihil interdum ſubſidere videmus uin acutiùs conſideranti, atque periculum faienti manifeſtum erit opus ipſius coctionis, ontinuato namque igne, diminuetur eò vſque, quod tota abeat, coctione igitur aereſcit; quod tiam videtur indicare Valleſ. in Comm. ad lib. Hipp. de ratione victus in acutis dicendo, & repoſitione expurgatur aqua, & inſuper elixatione extenuatur; hinc omnino concludendum videtur aquam coctam longè præſtantiorem eſſe cruda, quia magis fugit aquæ noxas, nam tenuior eſt, rarior, minus frigida, magis coctilis; x coctione docuit Ludouicus Septalius in ſuis Animad. cruditas aquæ reprimitur, & faciliùs neat ab hypocondrijs; Nec argumenta in oppoſitum quicquam valent; ad Galeni auctoritatem 6. epid. reſpondetur, quod difficillimum ſt reperire optimam aquam, quæ non ſit admixta alteri ſubſtantię, ideò ſecurior erit, ſi ſemper addatur leuis coctura; & quod pertinet ad Hipp. dico, eò loci ipſum loqui de aqua ſimplici, quæ cruda exhibetur in acutis, ſed ſi comparetur cum cocta, multò inferior eſt; ad alteram

 aucto-

auctoritatem, dicitur, quod magis mulſam crudam laudat non ſimpliciter, ſed quoad ſaporẽ; vel in aliqua conditione, quatenus magis aluũ mouet cruda, quam cocta; Ariſtot. 4. Meteor. reſpondetur, quod ipſemet expreſsè ait ibidem omnia craſseſcere, præter aquam; & hæc non ita propriè nominatur coctio, ſed potius quædã elixatio metaphorica dici poteſt, vt docet Ariſtoteles, quia vera concoctio eſt mixtorum, vt reducantur ad mediocritatem, aqua verò potius tota euaporabit, quam corpus contrahat, & denſetur per coctionem.

Ad rationem verò, qua dicitur, quod aqua cruda eſt tenuior cocta, quia euaporat pars ſubtilior, præter dicta ſuperiùs, reſpondeo vlteriùs hoc eſſe falſum ex doctrina Hipp. loco cit. vbi ſcribit, quod mulſa cocta eſt tenuior cruda, nam aqua dum coquitur deponit partes craſsiores, & multas fęces, quibus priuata longè tenuior eſt, quam prius, quod patet ex ſententia Galen. 6. epid. ſect. 4. tex. 10. vbi ponit pulcherrimum præceptum de corrigenda, & diſtinguenda bona aqua, à praua, quod ſemper in memoria Medicum habere velim pro cognoſcenda aquæ natura cuiuſcumque regionis poteſt autem eſſe,

aqua

qua mala, vel aperta, vel occulta malitia, nam
nala partẽ cęnoſam deponit per ignem, ſed pri-
ıs feruere debet, deinde refrigerari, quia dum
alida eſt, non ſeparantur partes craſſæ, nam
motus caloris confundit partes, ſed poſtquam
uerit refrigerata, quod in ea mixtum vehemen-
er erat, tunc viſu deprehenditur, vnde vide-
mus tales aquas relinquere in vaſis in quibus
eruent, terream, ſeu lapidoſam ſubſtantiam,
Paracelſus ille Chimicus celebris, tartarum vo-
cat, quod dicit eſſe cauſſam congelationis, & vt
apideſcant aquæ, quod non ſolum fit in aquis,
calidis, ſed in frigidis, vnde calculos in renibus,
& veſica, non à calore, ſed à tartaro concreſcere
& congelari contendit. & hoc experimentum
aquę dignoſcendæ fecit Parauij excellentiſsimus
Rodericus à Fonſeca, qui volens periculum face-
e naturæ aquæ ipſius Brentæ, & puteorum, poſt
concoctionem in aqua Brentæ refrigerata inue-
nit ſabulum, ſeu arenam quam depoſuerat in
undo, in aqua puteali cęnum, & lutum, vnde
poſt quam aqua eſt decocta, & refrigerata, per-
olanda eſt, & in aliud vas transfundenda,
derelicta aquæ parte craſsiori, quæ in fundo
eſidet.

Hinc ex prædictis patere poteſt, non eſſe audiendum doctiſſimum Augenium, dicentem, quod interdũ cruda penetret magis, ex eo quod omne crudum tenue eſt, cōcoctum autem craſſius, craſſum verò minus penetret, quam tenue, ſicut quando inquit, ſi verò coquitur aqua tenuis, vel pluuialis, & fontana, quędam aereis partibus diſſolutis fit craſſior.

Non videtur tamen reticendum quod inquit Septalius lib. 2. Animad. 48. in potu quotidiano in febribus, pro potu tamen, non pro medicamento obſeruandum eſſe; ſi in ægrum, ait, inciderimus, qui in ſanitate aſſuetus ſit, aquæ potui, etiam citra noxam poſſe, nos vtique crudã optimam, aut fontanam, aut pluuialem, ciſterninam concedere, aut certè decoctam ſimplicem, ſin minus fuerit aſſuetus æger potui aquæ, ne in incommoda incidat, de quibus Hipp. 4. de victu acutorum, aliquid addere licebit, vt faciliùs poſſit permeare, atque etiam morbo, & morbificæ cauſſæ aduerſemur, vt ſi mel, ſaccarum, cinnamomum, aniſum, ſemen coriandrorum incoxerimus.

Concludam cum Auic. 2. 1. cap. 6. aqua decocta dixerunt Sapientes minoris eſt inflamma-

tio-

tionis, & facilioris deſcenſus, à ventriculo, & vt alibi dicebat, ſublimatio, aut deſtillatio aquas malas reddit bonas, & ſi iſtud non fuerit commodum, decoctio emendabit illas.

De optimi Vini delectu, & vſu.

CAP. III.

FAlſam nonnulli tuentur opinionem, quam nec auctoritate, nec ratione fulcire poſſunt, frigidam aquam vſui hominis in alimentum, & vitæ conſeruationem vino eſſe aptiorem, & vtiliorem; cum enim veriſsimum ſit quod aſſerunt Philoſophi in frigore mortem, in calore vitam repoſitam eſſe, & cum dicente Platone in Timæo, quod animam ſimul cum corpore calefacit vinum dicitur, & cum vinum ſit calidæ eſſentię, & ſpiritibus vitalibus abundet, & à Deo Opt. Max. ſit datum nobis ad cordis recreationem, ſicut panis in hominis alimentum, id Regio Propheta diſſerente, quis ibit inficias apprimè noſtræ naturæ eſſe amicum, & conſentaneum? Et cum facillimè tranſeat in ſanguinem inter præcipua alimenta, ſecũdum panem commendandum eſt. Primumq. noſtrorum ſpiri-

tuum

tuum inſtauratiuum; quod cum Gal. videtur docere Oribaſius his verbis. Vinum igitur recreat, & calorem ſuſcitat noſtrum, atque adeò meliores coctiones fiunt,& sãguis probus gignitur,alimentumque in omnem corporis partem à vino, quia habet vim penetrandi, deducitur, & lib. 8. cap. 27. addebat Celſus, vinum eſſe omnibus venenis contrarium; tutiſsimum omnium venenorum alexipharmacum Dioſcorides lib. 5. cap. 6. ſumma ſenectutis medicina, dicitur ab Aetio, mœroris medicamentum, ab Oribaſio lib. 3. Collect. cap. 7. auxiliare pharmacum aduerſus ſenectutis auſteritatem à Platone.

Sed perbellè Quercetan. in tract. de Medic. dogmaticorum præparatione, & de ſignaturis rerum, oſtendit quanta, & qualis ſit vini cum ſanguine noſtro analogia, & conſenſus. In tractatu de ſignaturis rerum internis pag. 122. ſic ait; Ex vino arte, vel leuiſsimi caloris interuentu per vaſa circulatoria, vt vocant, extrahitur ignis naturæ, quem comitatur humidum radicale, nempè aqua vitę, ignea prorſus, & ętherea; & verè eſſentia quinta, tota ſpiritualis, & naturę ferè incorruptibilis; ſimili prorſus ratione bene-

neficio ignis naturæ, & per circulationem, quæ à calore, cordis, atque hepatis fit, elicitur, & generatur in nobis ignis ille viuificus, ſtipatus, & fotus proprio ſuo humore vnctuoſo, & radicali, qui eſt aqua vitæ, & verum, & viuificũ, illud nectar, quinta eſſentia, & ſpiritus æthæreus, ferè incorruptibilis fautor, & conſeruator noſtræ vitæ. Cum ergo tanta, & talis ſit vini præſtantia; de vini natura, differentijs, facultatibus, & vſu pauliſper diſſeremus.

Et quia ex doctrina Platonis, ab eo qui ordine caret pręſtat non diſcere primò quid ſit vinũ, ſecundò quæ eius primæ facultates, tertiò de vini delectu, necnon etiam vſu determinabimus. Selectiora tantum percurrendo cum celeberimi, & clari ſsimi viri, in hoc argumento inſudauerint.

Quoad primum breuiter me expediam, cum Ruellio lib. 1. naturalis hiſt. cap. 143. necnon Valleriola lib. 2. locor. commun. cap. 7. dicendo, vinum eſſe ſuccum, carnis eius fructus, qui in vitæ eſt, arte ab hominibus expreſſum.

Quoad ſecundum maior ſanè videtur eſſe difficultas; nam de vini temperie, an ſit calidum, & ſiccum, an calidum, & humidum variæ ſe-

Occaſionem ſecundò dedit Galen. qui variè de hac re loquutus videtur, nam 5. aphor. comment. 1. vino potentiam ſiccandi tribuere videtur, quod etiam docet 8. ſimplic. cap. 13. & vinum eſſe ſiccũ conſtare videtur ex Hipp. in lib. de vlceribus, vbi vult, vlcera ſolum vino eſſe madefacienda, eadem ſententia habetur 2. aphoriſm. 21. vnde Haliabas 5. theoricę dicit vinum eſſe ſicci temperamenti, & inter ſiccas medicinas ponebat ipſum Serapio. Ex altera parte idẽ Gal. lib. 1. de ſanit. tuen. cap. 15. & quidem cum Platone lib. 2. de legibus, vinum pueris aufert; non quia cogat etiam pueros ad mores iniquos, & corrumpat mentem, vt docuit Conciliator diff. 70. ſed quod immodicè calefaciat, & humectet, vnde videtur affirmarę vinum humidũ eſſe, & colligitur quoque ex eodem Gal. 5. de tuend. ſanit. cap. 7. vbi ſenibus conſuluit vinũ, eò quod habitus eorum ſit frigidus, & ſiccus, idem videtur docere lib. 3. de cauſſ. pulſuum cap. 16. & 2. aphoriſ. 11. quod confirmat Auic. fen. 1. 3. de melancholia, & idem ſentit Ariſt. 3. problem. 16. & ſequuntur Paulus, & Aetius, Fernelius, Actuarius, Valleſ. lib. 9. controuer. cap. 6. vbi ponit vinum, calidum, & humidum;

vt alimentum, & vt medicamentum, hinc exiſtimabat Gentilis in ſua quæſt. vinum ſemper reddere corpus humidius; & primò Practicæ 22. dixit Haliabas, vinum calefacere, & humectare; & à tota ſpecie melancholiæ contrarium eſſe, & ſextò Collectaneorum 13. recenſetur vinum, inter ea, quę corpus humectant; & Conciliator differentia 70. tenet manifeſtè vinum humidum eſſe; ex harum opinionum multiplicitate, & rationum varietate, alij aliam arripuerunt ſententiam, atque adeò fortaſſe Iſaac merito vinũ aſſimilauit Theriacæ magnæ, eò quod contrariarum naturarum eſſe videatur; ſed vero magis conſentanea videtur opinio Cardani lib. 1. contrad. tract. 2. contrad. 7. vbi cum Hipp. 5. aphor. 5. & 2. de ratione victus ponit vinum calidum, & ſiccum, & ſubtilitatem vocat diſtinctionem illam Manardi, qua nititur diuerſitatem opinionum conciliare dicendo, vinum eſſe humidum alimentum, ſiccum medicamentum, & quod vinum habeat potentiam calefaciendi, & ſiccandi, oſtendit hoc in primis ſpiritus ex vino elicitus arte chimica, qui citò flammam concipit, vnde colligitur vinum eſſe igneæ naturæ; deinde vinum, vt habet Galen.

3. Me-

3. Meth. cap. 4. eſt omnis vlceris optimum medicamentum, & vinum habet miram vim in detergendis, & à putredine vindicandis ſordidis vlceribus, vt pluries in ſuis obſeruationibus annotauit Valeriola, nec niſi vino vlcera, ex Hipp. debent madefieri, neque ſiccat, vt vult Manardus, vt medicamentum, humectat verò vt alimentum, nam ut loco citato docet Valleſius, vinum non habet ſubſtantiam unam, qua operetur, ut alimentum, & aliam, qua ut medicamentũ, ſed quemadmodũ etiã docuit Sennertus, eamdem habet naturam, eaſdem vires, ſiue ut medicamentum adhibeatur, ſeu vt alimentum; Cum verò Galenus, & alij dixerunt vinum eſſe humidum, id eo modo intelligendum eſt, quod omne quod alit, humidum eſſe dicitur, & quatenus eſt liquidum fluuidum; ſic aqua marina, licet humida eſſe dicatur, uim obtinet ſiccandi; Ad Arabum auctoritatem reſpondet Cardanus, & inquit apud eos vinum humidum cenſeri, vel ab operatione, vel intelligunt, dicebat, de vino aqua mixto, & addit Cardanus, quia vinum vlcera, etiam ſordida illicò mordicat, hoc eſſe opus medicamenti ſiccioris, non humidi; qui verò cupiunt cognoſcere quid verè ſentiendum

ſit de vini ſiccitate, & humiditate, legant ſcripta Fumanelli Veronenſis, Fracaſtorij, Manardi, Alexandrini, Ferdinandi Roderici, Conſalui Barredæ Hiſpani, Horatij Augenij lib. 5. & 9. epiſt. Medic.

Quoad vini electionem, & uſum, ſciendum eſt vinorum aliud eſſe vinoſum, quod plus aquę in diluendo ferre poteſt; aliud oligophorum, quod paucam fert aquę mixtionem; ſciendum præterea eſt, quod aliæ vinorum differentiæ ſumuntur etiam ex ſapore, colore, odore, modo ſubſtantiæ; & quoad oligophorũ, apud Hipp. & Gal. uaria nomina ſortitum eſt; dicitur enim aquoſum, dilutum, pauciferum, inſipidum, imbecillum, odore carens, &c. Alexander Petronius in lib. de victu Romanorum, Cardanus in lib. de ſanit. tuend. non inueniri putarunt huiuſmodi vina, quæ à Gal. recitantur; ſed contra hos diſſertiſſimè diſputat Augenius lib. 9. epiſtol. medic. cap. 11. pag. 348.

Quoad ſaporem, vina dulcia optimè nutriunt, ſed quia ſunt craſsiora obſtructiones in viſceribus pariunt iecur, & lienem augent, ex Hipp. de victu acutorum, ac facilè vertuntur in bilem, ſed vinum dulce minus vino-

ſo

caput grauat, minuſque mentem ferit, ex
lipp.

Auſtera vina habent calorem debiliorem, in
entre diutiùs immorantur, nec facilè perme-
nt venas, fluxionibus uentris commoda ſunt,
nodò non lædant coctionem optima ſunt,
uantum attinet ad ſaporem, media, nec planè
ulcia, nec planè auſtera. Vinum odoris parti-
eps non parum commendatur, quia ſpiritus
ugere, vires collapſas, & languentes, etiam ol-
actu recreare poteſt, ac ſubitò reficere ani-
num que exhilarare, & omnes facultates robo-
are; quod verò alienum habet odorem, om-
inò noxium eſt. Ex colore nõ ita certè iudica-
nus, ſicut ex odore, & ſapore, aliqua tamen ſu-
ni poteſt coniectura, quæ apud Scriptores legi
oteſt; quod verò ætate medium eſt eius vſus
d omnia commodior iudicatur, ætate enim
nagis calor ſeſe exerit. minus efficax in recenti,
fficaciſsimus in annoſo.

Porrò cum variæ ſint vinorum differentiæ,
acilè hinc patere poteſt, non omnia æquè om-
ibus eſſe ſalubria, neque omnia, æquè omni-
bus conuenire, vnde notatione videtur digniſſi-
num, quod memoriæ prodidit Card. conſil. 5.

Egre-

Egregij, dicebat, Medici infinitos perimunt exiſtimantes ſe vinis potentibus, poſſe iuuare ventriculum, cum tamen hæc vina, multum offendant, & caput, & ventriculum, quia vinum eſt alienum ab omni natura neruoſa; & hinc obiter notandum videtur quod doctiſsimè monuit eruditiſsimus Platerus, in ſuis quæſtionibus Paradoxis, & endoxis 88. pagina 147. vinum offendere neruos, & cerebrum, non manifeſta qualitate, ſed abſtruſa vi, & occulta, & narcotica, qua inducit ſoporem, & ſtuporem (vinum enim vt mandragora ſomnum conciliat, dicebat Socrates apud Xenophon.) & ſi cui videatur durum, inauditum, cum dici poſſet hoc ex vini vaporibus prouenire? Reſpondet Platerus, quare non alia vaporoſa, calida ſinapi, allia, cepæ, quæ ſtatim oculos feriendo lacrymas eliciunt, caput petunt, & tentant, ſimiliter ſomnum conciliant, immo vigilias potius inducunt? Et ſi dicas narcotica frigida ſunt, quomodo vinum, erit narcoticum, cum ſit calidum? Reſpondet narcotica ſtuporem inducere, non frigiditate, ſed occulta vi, & proprietate, & ſic etiam in calidis dicebat adeſt vis ſtupefaciendi, vt alijs ommiſſis, in lupulis eſſe, ceruiſia, quæ inebriat declarat,

rat, atque adeò dicunt nonnulli proprium vini eſſe mentem petere, ſicut hominis ridere.

In vniuerſum ergo ea vina optima ſunt, quæ ſaporem habent mediũ inter dulcem, & auſte-rum, ſunt odorata fragrantia, clara fulua non-nihil, nec craſſa, nec tenuia nimis, ad tenuita-tem nonnihil accedentia, nec nimis potentia, nec nimis debilia, mediæ ætatis.

Quoad vſum notandum eſt primò, quod docuit Platerus in ſuis obſeruationibus pag. 38. ſe à Magnatibus, & Principibus viris accerſitum, apud quos ſplendidè viuitur, & inuitatum, vt moris eſt ad potandum, inde nullam noxam contraxiſſe, quia abſtinebat à potu per multum temporis, donec prius ventriculus eſſet cibis re-fertus, vnde & ſi liberalius bibiſſet nullam offen-ſam ſenſiſſe ſcribit, ex quo colligi debet, & ſani-tati, & capiti multum conferre, non ſtatim bi-bere in principio prandij, ac cenæ, ſed multò poſt bibendum cum bona pars ciborum ingeſta eſt. Notandum ſecundò, vinum, ut ſcribit Sa-piens in Eccleſ. cap. 3. fuiſſe creatum, ad iucun-ditatem, non ad ebrietatem; ex quo obiter col-ligitur cum Augenio Noem non fuiſſe vini in-uentorem, vt dicitur, ſed à Deo cum alijs fuiſſe

tuum inſtaurantuum; quod cum Gal. videtur docere Oribaſius his verbis. Vinum igitur recreat, & calorem ſuſcitat noſtrum, atque adeò meliores coctiones fiunt, & sãguis probus gignitur, alimentumque in omnem corporis partem à vino, quia habet vim penetrandi, deducitur, & lib. 8. cap. 27. addebat Celſus, vinum eſſe omnibus venenis contrarium; tutiſsimum omnium venenorum alexipharmacum Dioſcorides lib. 5. cap. 6. ſumma ſenectutis medicina, dicitur ab Aetio, mœroris medicamentum, ab Oribaſio lib. 3. Collect. cap. 7. auxiliare pharmacum aduerſus ſenectutis auſteritatem à Platone.

Sed perbellè Quercetan. in tract. de Medic. dogmaticorum præparatione, & de ſignaturis rerum, oſtendit quanta, & qualis ſit vini cum ſanguine noſtro analogia, & conſenſus. In tractatu de ſignaturis rerum internis pag. 122. ſic ait; Ex vino arte, vel leuiſsimi caloris interuentu per vaſa circulatoria, vt vocant, extrahitur ignis naturæ, quem comitatur humidum radicale, nempè aqua vitę, ignea prorſus, & ętherea; & verè eſſentia quinta, tota ſpiritualis, & naturę ferè incorruptibilis; ſimili prorſus ratione bene-

fi-

neficio ignis naturæ, & per circulationem, quæ à calore, cordis, atque hepatis fit, elicitur, & generatur in nobis ignis ille viuificus, ſtipatus, & fotus proprio ſuo humore vnctuoſo, & radicali, qui eſt aqua vitæ, & verum, & viuificũ, illud nectar, quinta eſſentia, & ſpiritus æthæreus, ferè incorruptibilis fautor, & conſeruator noſtræ vitæ. Cum ergo tanta, & talis ſit vini præſtantia; de vini natura, differentijs, facultatibus, & vſu pauliſper diſſeremus.

Et quia ex doctrina Platonis, ab eo qui ordine caret prȩſtat non diſcere primò quid ſit vinũ, ſecundò quæ eius primæ facultates, tertiò de vini delectu, necnon etiam vſu determinabimus. Selectiora tantum percurrendo cum celeberimi, & clariſsimi viri, in hoc argumento inſudauerint.

Quoad primum breuiter me expediam, cum Ruellio lib. 1. naturalis hiſt. cap. 143. necnon Valleriola lib. 2. locor. commun. cap. 7. dicendo, vinum eſſe ſuccum, carnis eius fructus, qui in vitæ eſt, arte ab hominibus expreſſum.

Quoad ſecundum maior ſanè videtur eſſe difficultas; nam de vini temperie, an ſit calidum, & ſiccum, an calidum, & humidum variæ ſe-

tor-

Occaſionem ſecundò dedit Galen. qui variè
de hac re loquutus videtur, nam 5. aphor. com-
ment. 1. vino potentiam ſiccandi tribuere vide-
ur, quod etiam docet 8. ſimplic. cap. 13. & vi-
num eſſe ſiccũ conſtare videtur ex Hipp. in lib.
de vlceribus, vbi vult, vlcera ſolum vino eſſe
madefacienda, eadem ſententia habetur 2. apho-
riſm. 21. vnde Haliabas 5. theoricę dicit vinum
eſſe ſicci temperamenti, & inter ſiccas medici-
nas ponebat ipſum Serapio. Ex altera parte idẽ
Gal. lib. 1. de ſanit. tuen. cap. 15. & quidem cum
Platone lib. 2. de legibus, vinum pueris aufert;
non quia cogat etiam pueros ad mores iniquos,
& corrumpat mentem, vt docuit Conciliator
diff. 70. ſed quod immodicè calefaciat, & hu-
mectet, vnde videtur affirmarę vinum humidũ
eſſe, & colligitur quoque ex eodem Gal. 5. de
tuend. ſanit. cap. 7. vbi ſenibus conſuluit vinũ,
eò quod habitus eorum ſit frigidus, & ſiccus,
idem videtur docere lib. 3. de cauſſ. pulſuum
cap. 16. & 2. aphoriſ. 11. quod confirmat Auic.
fen. 1. 3. de melancholia, & idem ſentit Ariſt. 3.
problem. 16. & ſequuntur Paulus, & Aetius,
Fernelius, Actuarius, Valleſ. lib. 9. controuer.
cap. 6. vbi ponit vinum, calidum, & humidum;

3. Meth. cap. 4. eſt omnis vlceris optimum medicamentum, & vinum habet miram vim in detergendis, & à putredine vindicandis ſordidis vlceribus, vt pluries in ſuis obſeruationibus annotauit Valeriola, nec niſi vino vlcera, ex Hipp. debent madefieri, neque ſiccat, vt vult Manardus, vt medicamentum, humectat verò vt alimentum, nam ut loco citato docet Valleſius, vinum non habet ſubſtantiam unam, qua operetur, ut alimentum, & aliam, qua ut medicamentũ, ſed quemadmodũ etiã docuit Sennertus, eamdem habet naturam, eaſdem vires, ſiue vt medicamentum adhibeatur, ſeu vt alimentum; Cum verò Galenus, & alij dixerunt vinum eſſe humidum, id eo modo intelligendum eſt, quod omne quod alit, humidum eſſe dicitur, & quatenus eſt liquidum fluuidum; ſic aqua marina, licet humida eſſe dicatur, uim obtinet ſiccandi; Ad Arabum auctoritatem reſpondet Gardanus, & inquit apud eos vinum humidum cenſeri, vel ab operatione, vel intelligunt, dicebat, de vino aqua mixto, & addit Cardanus, quia vinum vlcera; etiam ſordida illicò mordicat, hoc eſſe opus medicamenti ſiccioris, non humidi; qui verò cupiunt cognoſcere quid verè ſentiendum

ſit de vini ſiccitate, & humiditate, legant ſcripta Fumanelli Veronenſis, Fracaſtorij, Manardi, Alexandrini, Ferdinandi Roderici, Conſalui Barredæ Hiſpani, Horatij Augenij lib. 5. & 9. epiſt. Medic.

Quoad vini electionem, & uſum, ſciendum eſt vinorum aliud eſſe vinoſum, quod plus aquę in diluendo ferre poteſt; aliud oligophorum, quod paucam fert aquę mixtionem; ſciendum præterea eſt, quod aliæ vinorum differentiæ ſumuntur etiam ex ſapore, colore, odore, modo ſubſtantiæ; & quoad oligophorũ, apud Hipp. & Gal. uaria nomina ſortitum eſt; dicitur enim aquoſum, dilutum, pauciferum, inſipidum, imbecillum, odore carens, &c. Alexander Petronius in lib. de victu Romanorum, Cardanus in lib. de ſanit. tuend. non inueniri putarunt huiuſmodi vina, quæ à Gal. recitantur; ſed contra hos diſſertiſſimè diſputat Augenius lib. 9. epiſtol. medic. cap. 11. pag. 348.

Quoad ſaporem, vina dulcia optimè nutriunt, ſed quia ſunt craſsiora obſtructiones in viſceribus pariunt iecur, & lienem augent, ex Hipp. de victu acutorum, ac facilè vertuntur in bilem, ſed vinum dulce minus vino-

ſo caput grauat, minuſque mentem ferit, ex Hipp.

Auſtera vina habent calorem debiliorem, in ventre diutiùs immorantur, nec facilè permeant venas, fluxionibus uentris commoda ſunt, modò non lædant coctionem optima ſunt, quantum attinet ad ſaporem, media, nec planè dulcia, nec planè auſtera. Vinum odoris particeps non parum commendatur, quia ſpiritus augere, vires collapſas, & languentes, etiam olfactu recreare poteſt, ac ſubitò reficere animum que exhilarare, & omnes facultates roborare, quod verò alienum habet odorem, omninò noxium eſt. Ex colore nō ita certè iudicamus, ſicut ex odore, & ſapore, aliqua tamen ſumi poteſt coniectura, quæ apud Scriptores legi poteſt; quod verò ætate medium eſt eius vſus ad omnia commodior iudicatur, ætate enim magis calor ſeſe exerit. minus efficax in recenti, efficaciſsimus in annoſo.

Porrò cum variæ ſint vinorum differentiæ, facilè hinc patere poteſt, non omnia æquè omnibus eſſe ſalubria, neque omnia, æquè omnibus conuenire, vnde notatione videtur digniſſimum, quod memoriæ prodidit Card. conſil. 5.

Egre-

Egregij, dicebat, Medici infinitos perimunt exiſtimantes ſe vinis potentibus, poſſe iuuare ventriculum, cum tamen hæc vina, multum offendant, & caput, & ventriculum, quia vinum eſt alienum ab omni natura neruoſa; & hinc obiter notandum videtur quod doctiſsimè monuit eruditiſsimus Platerus, in ſuis quæſtionibus Paradoxis, & endoxis 88. pagina 147. vinum offendere neruos, & cerebrum, non manifeſta qualitate, ſed abſtruſa vi, & occulta, & narcotica, qua inducit ſoporem, & ſtuporem (vinum enim vt mandragora ſomnum conciliat, dicebat Socrates apud Xenophon.) & ſi cui videatur durum, inauditum, cum dici poſſit hoc ex vini vaporibus prouenire? Reſpondet Platerus, quare non alia vaporoſa, calida ſinapi, allia, cepæ, quæ ſtatim oculos feriendo lacrymas eliciunt, caput petunt, & tentant, ſimiliter ſomnum conciliant, immo vigilias potius inducunt? Et ſi dicas narcotica frigida ſunt, quomodo vinum, erit narcoticum, cum ſit calidum? Reſpondet narcotica ſtuporem inducere, non frigiditate, ſed occulta vi, & proprietate, & ſic etiam in calidis dicebat adeſt vis ſtupefaciendi, vt alijs ommiſſis, in lupulis eſſe, ceruiſia, quæ inebriat declarat,

rat,

rat, atque adeò dicunt nonnulli proprium vini eſſe mentem petere, ſicut hominis ridere.

In vniuerſum ergo ea vina optima ſunt, quæ ſaporem habent mediũ inter dulcem, & auſte-rum, ſunt odorata fragrantia, clara fulua non-nihil, nec craſſa, nec tenuia nimis, ad tenuita-tem nonnihil accedentia, nec nimis potentia, nec nimis debilia, mediæ ætatis.

Quoad vſum notandum eſt primò, quod docuit Platerus in ſuis obſeruationibus pag. 38. ſe à Magnatibus, & Principibus viris accerſitum, apud quos ſplendidè viuitur, & inuitatum, vt moris eſt ad potandum, inde nullam noxam contraxiſſe, quia abſtinebat à potu per multum temporis, donec prius ventriculus eſſet cibis re-fertus, vnde & ſi liberalius bibiſſet nullam offen-ſam ſenſiſſe ſcribit, ex quo colligi debet, & ſani-tati, & capiti multum conferre, non ſtatim bi-bere in principio prandij, ac cenæ, ſed multò poſt bibendum cum bona pars ciborum ingeſta ſeſt. Notandum ſecundò, vinum, ut ſcribit Sa-piens in Eccleſ. cap. 31. fuiſſe creatum, ad iucun-ditatem, non ad ebrietatem; ex quo obiter col-ligitur cum Augenio Noem non fuiſſe vini in-uentorem, vt dicitur, ſed à Deo cum alijs fuiſſe

Egnatio Metello à nece vxoris, quæ vinum bibiſſet communi iudicio abſoluto, quam Tullij ſententiam Tertullianus in Apolog. cap. 6. confirmare uidetur; ſicut etiam ad oſtendendam noxam ex vino enaſcentem, Periander ſtatuit ebrios duplici pęna puniendos; & Auctore Athenæo, Zaleucus pęnam capitis Locrenſibus conſtituit ſi abſque licentia Medici vinum bibiſſent, & ſicut Plato omni laude dignus cenſendus eſt, cum hortatur eos, qui rerum publicarum curam gerunt, vt à vino omnino abſtineant, ita non videtur audiendus cum in 6. de legibus, dixit ad temulentiam vſque bibiſſe non conuenire, præter quam in illis Dei feſtis, qui vinum ipſis hominibus tradidit; errat enim Plato, qui Dijs ſeruiendum arbitratur, ſordibus, inſania, turpitudine, non mente, ratione, & animorum puritate; Platonem ipſum Perſæ ſequi videntur apud quos vno tãtum die in Solis feſto Regibus inebriari licebat. Contrario tamen modo ſe habuere Reges Indorum, quibus, vt teſtatur Athenæus nunquam fas erat ebrios fieri, & idem referente Plutarcho Principes Ægyptiorum ſeruabant, qui nunquam vinum attingebant; atque adeò meritò Eſaias ebrios Sacerdotes exe-

cratur, & rectè Sapiens ſuadet Regibus non eſſe dandum vinum quod peruertantur iudicia vbi regnat ebrietas; vt hinc meritò Aetius inter manias annumerauerit ebrietatem, & paruam inſaniam vocauerit eam Chryſippus; qui amat pinguia,& vinum, non ditabitur, habetur Prouerb. 17.21.qui vino vtitur,ignẽ portat in gremio, inquit D. Hiero.quem de quodam ebrioſo dixiſſe legimus epiſt. 1. ad Timotæum,quod pocula in tela vertebat, quod inſinuauit Horat. loquens de vino, dum inquit, in prælia vertit inermem, vnde rectè vinum vocatur à Manicheis fel Dæmonis, vt docet D. Aug.lib. 16. & 21.de moribus Manichæorum; Seueriani vocabant vinum guttas veneni, & ſic rectè dicitur Prouerb. 23. & 31. ingreditur blandè,ſed nouiſſimè mordebit, vt coluber, & interdum adeò immutatur homo, ex vini effatu digna aſſumptione, & tanta fit metamorphoſis, vt eumdem eſſe non cognoſcas dixerit Comicus. Et notum eſt infame illud vini certamẽ apud Indos quondam ab Alexandro inſtitutum, in quo bibentium plurimi ſubita morte extincti ſunt; & meritò poculorum interdum homines diuiniori parte ammiſſa, tranſmutantur alieni fiunt à na-

tura,

tura, loquaces, lachrymabundi ex Ariſt. 30. problem. 1. vnde illud Homeri

Me victum Baccho lachrymas effundere dicunt.

Et vini detrimentum maximè elucet, ex eo quod referebat Rondeletius Medicos Britannos diuites fieri ex affectibus, qui ex crapula oriuntur. Aſſimilauit idem Ariſtoteles, vinum melancholiæ, dixitque eamdem habere naturam, quam verò ſit varia, multiformis, & execranda melancholici humoris natura Medici norunt; vt hinc rectè dixerit Horatius,

Non certare iuuat mero.

Vinum namque deductum eſſe à vi, & quod vim adferat rationi, voluerunt nonnulli, & imperat animæ velut Tyrannus, vt explicat Celius Rhodog. lib. 28. Antiq. 30, 31.

De ebrietate verò videndus Macrobius lib. 7. Saturnaliũ 6. & 7. Phylo Hebręus lib. de plantat. Noe. Et vitia enata ex immodico vini vſu, & ebrietate ſigillatim recẽſentur, ab Arnaldo, & Leuino Lemnio lib. 2. de occultis cap. 17. & 18. & de ipſa Petrus Lopeſius lib. 6. de ſex rebus non natural. ſic cecinit.

Eſt blandus dæmon, peccatum dulce, venenum
Suaue, bonum morem non habet ebrietas.

Vnde D. Baſilius inquit, Seruit ebrius Dæmoni voluntariè; matremque flagitiorum omnium vocauit ebrietatem D. Auguſt. in lib. ad ſacras Virgines. an verò liceat cauſſa ſanitatis ſemel in menſe inebriari, vt videntur affirmaſſe Raſis, & Auic. videndus eruditiſsimus Siluati- cus controu. 14. vbi ebrietatem veriſsimam hominis peſtem nuncupabat. quam Raſis, necnon Auic. opinionem ceu falſam conuellit etiam Rabi Moſes tract. 4. ad Sultanum Babiloniæ his verbis; nocet ebrietas omnis, & maximè aſsiduè. errauit ergo qui eſſe putauit vtilem ſemel in menſe. Nec dicat aliquis Neronem ſæpe ſolitum fuiſſe inebriari, vt ſcribit Cornelius Tacitus in eius vita, & Philippum Alex. filium, vt ſcribit Theopompus lib. 26. ſuarum hiſtoriar. (licet ſecus ſentiat in eius vita Plutarchus.) Hoc enim illis tanquam vitium grauiſsimum imputatur, vt propterea turpiter errauerit Seneca, qui tantopere aliquando ebrietatem commendauit. & Marſilius Ficinus imperans iuuenes, vt cum 40. attingunt annum, licentiùs, &

lar-

largiùs in conuiuijs epotent. Ab ebrietate ſic abhorruerunt Maſsilienſes, & Lacedæmonij, vt ſeruos ſuos plurimo vino cogerent impleri, quo liberi eorum tam fædo ebriorum aſpectu, ebrietatem auerſari docerentur, vt ſcribunt Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Aelianus lib. 2. var. Hiſtor. cap. 38. & Clemens Alexandr. lib. 3. P. cap. 8. & de ebrietate ita Silius Italicus lib. 15. bel. Pun.

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te ſemper volitans infamia pennis.

Et Ouidius lib. 2. de remedio amoris.

Quid tibi præcipiam de Bacchi munera quæuis?
Vina parant animos Veneri.

Vnde illud Ariſtophan. apud Athen. lib. 10. cap. 15. Vinum lac Veneris, & Apul. in Aſin. aur. Propterea Veneri cęnam affingit ebriam. Huc alludit idem Ouidius lib. 12. Metam.

Nam tibi ſæuorum ſæuiſsime Centaurorum
Euryte, quam vino pectus, tam virgine viſa:
Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.

Et Propertius lib. 3. eleg. 16.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Inu-

Inutiles tamen ad Venerem ebrioſos eſſe affirmat Ariſt. ſect. 3. probl. 4. 11. 32. de qua re legendus Tiraquellus lib. 9. leg. connub.

Denique ebrietatem varijs in locis execratur ſacra pagina, quæ citant Dom. Nanus in Polyanthea, Amantius, Langius. Et Euplius apud Ath. lib. 4. cap. 3. ſic alloquitur.

Gaudia quanta Iuris Bacchus dedit, atque laborem,
Si quis multa bibit, fiunt inſania vina.
Illa pedes, mentemque ligant, linguamq. manuſque:

Ebrietas ergò, & vini potus immoderatus ſemper euitandus, de quo argumento pulcherrima lege apud Petrum Andræã Canonherium lib. 2. de admirand. vini facultatibus, qui accuratiſsimè de hac re inter omnes diſputauit.

Quoad verò commoditates quæ ſequuntur vini moderatum vſum, dico nullum liquorem vino eſſe pretioſiorem, & certiſsimum eſt ex vino plura commoda hominibus prouenire ſi rectè vtamur, & in primis homines, ad arma, & gloriam accenduntur, & ſic poculo Hercules æquora tranauit, poculo Neſtorem Græcorum eloquentiſsimum fuiſſe legimus, & poculo Ennium Muſas noſtras mitiores reddidiſſe..

Et

Et quanta ſit vini vtilitas,& dignitas, colligitur ex lib. Iudicum, vbi habetur. Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat homines? Et vt conſtat ex Gal. 2. aphor. 15. vinũ celerrimè nutrit, humectat, & ſolidas partes calefacit, omnes corporis roborat vires, atque confirmat coloris bonitatem facit, coctionem, & diſtributionem ciborũ iuuat. lib. quod animi mores, &c. cap 1. Vinum, & ſudorem mouet, & eſt maximũ ſenum remedium, quia ſicut in igne ferrũ, ait Gal. ita ſenum corpora vino molliuntur, ac temperantur; exhilarat vinum mentem, inducit hilaritatem, mœrorẽ, ac mœſtitiam pellit, fortes homines facit, & audaces; qui verò alias, & ſimiles commoditates vini noſcere deſiderat, audiat, Aretæum lib. 1. de curat. morbor. acutor. cap. 1. pag. 44. ita loquentem; vinum celeriter ſubſtantiam alendo inſtaurat, & quoquo verſus ad extremitates vſque permeat tenori, tenorem apponit, ſpiritum torpentem expergefacit, frigiditatem calore temperat, laxantem madorem aſtringit, olfactu ſuaue delectat, vires demum ad vitam prorogandam fulcire poteſt, atque in inſania ad animum demulcendum optimum eſt.

Hæc

Hæc ſunt in vniuerſum, præcipua vini commoda, dummodo in bibendo parcitas, & modus ſeruetur. Narrat Suetonius in vita Octauiani Auguſti ter eum bibere ſolitum fuiſſe; vnde rectè cecinit ille ter eſſe bibendum,

Præteritam primus, præſentem proximus hauſtus.
Venturam extinguat tertius iſte ſitim.

Licet contra alius loqui videatur.

Potio prima viri ſitientis vita, ſecunda
Lætitia. ebrietas tertia, quarta furor,

Et hinc non placet illa lex à nonnullis vocata potatica, quæ ſic habet.

Qui nobis vult eſſe frater
Bibat ſemel, bis, & quater,
Bibat primum, cum ſecundo,
Donec nihil ſit in fundo.
Bibat herus, bibat hera,
Et potentur vina mera.
Aqua, lympha, quæ ſic dicta
Sit nobis interdicta,
Et duret iſta regula
In ſempiterna ſæcula.
Hæc eſt lex potatica,

Qui-

Quicumque non potauerit,
Sanus eſſe non poterit.

Memores nanque eſſe debemus ſententiæ D. Pauli ad Titum, vtere modico vino propter ſtomachum.

Sed notandum omninò eſt, antiquos rarò ſua vina, non diluta bibiſſe, & teſte Lactantio, Primus omnium, qui vino aquam immiſcuit fuit ex Plinio, Staphylus, vel vt alij volunt Lycurgus Rex Tracum, qui ob id iniquè, & immeritò ſanè fuit à ſuis, vt legitur, in mare præcipitatus. Omnes autem deberent aſſueſcere vinum aqua diluere, nam vt dicitur Prouer. 17. qui dimittit aquam caput eſt iurgiorum, nempè vt explicat Lyranus, qui dimittit aquam vino infundere; de vino autem miſcendo legendus Athen. lib. 1. 2. & 10. & meminerint omnes Caſſium Med. febrem ex ebrietate, aqua percuraſſe, nec dicant merum bibentes, quod Ariſt. doceat crapulam magis ſentire, qui vinum dilutiùs bibunt, quam qui merum, ex eo quod fiat ab aqua tenuius, & ſic magis penetrans; vt enim diſertiſsimè reſpondet Augenius, verum eſt hoc cum modica aqua miſcetur, tunc enim

vinum erit, non ſecus ac ignis fabri ferrarij modica aqua aſperſus: & ſciant omnes, quod magnus eſt morbus, conſuetudo peſſima. Vellem autem ad euitãdã mala ex vino emanantia, vt omnes in memoria haberent Catonis amuletum aduerſus ebrietatem, qnod eſt, ſeipſum ſemper reuereri. Et vtinam, ex his, quæ vſque adhuc de vino dicta ſunt, contingeret multis, quod euenit Polemoni, quem cum fortaſsè Xenocratem, de temperantia, & honeſtate diſputantem audiret, virum probum, ac ſapientem euaſiſſe legimus. Omneſq. memoria teneant ſententiã Valleſij lib. de ſac. Philoſ. cap. 27. Vinum ſobriè ſemper bibendum eſſe.

De Vini Veliterni Natura, & facultatibus.

CAP. IV.

NVnc ad vini Velitrini, ſeu Veliterni (vtroque enim modo rectè dicitur ex Volaterano) contemplationem accedam, & vt verum fatear, ea omnia quæ vſque adhuc de vino celebrata ſunt, dicta ſunt tantùm, vt fœlicius, ac melius, omnes, quænam ſit Veliternorum vinorum, natura, temperies, & facultas, intelligerent;

rent; eòque libentius in hanc arenam deſcendi, quod apud plurimas Regiones, & Ciuitates inualuiſſe videtur opinio, Veliterna vina, eſſe omnia, potentia, decocta, & vndequaque generoſa, & ſi liberè loqui licet, minus nobilium potationem eſſe. Cum ergo apud nos in tot annorum decurſu, nullus planè ſit inuentus, qui vini Veliterni apologiam promulgauerit, in hoc argumento paulisper inſudare, non grauabor, vt videant viris nobiliſs. & clariſs. Veliterna etiam vina eſſe optima, ſaluberrima, & digna ſanè, quæ ad Magnatum, & Principum virorum conuiuia deducantur.

Et in primis Veliterna vina commendantur, & inter optima, & generoſa ponuntur à Plinio lib. 14. cap. 6. quem ſequitur Leander Albertus in deſcriptione totius Italiæ pag. 116. & memoria digniſsimũ videtur, quod inquit Athenæus, vinum Veliternum eſſe ſuaue potu.

Enimuero, non video cur non debeant maximopere commendari vina, quæ deguſtare, necnon etiam celebrare, nobiliſsimi, ac generoſiſſimi Principes, voluerunt. Atque inter alios, Eminentiſsimi, Cardinalis Borgia, ac fæliciſſimæ recordationis Cardinalis Aldobrandinus;

nec non Sereniſsimus Ladiſlaus, modo Poloniæ Rex digniſsimus, cum Velitris ab Eminentiſſimo Cardinali Ginnetto Sanctiſs. D. N. Vicario, & modo Legato à Latere ad Principes, lautiſſimo fuit conuiuio exceptus, & cum Illuſtriſſimus D. Marcellus Sacchettus Neapolim peteret deguſtando vina, clariſsimorum, ac nobiliſsimorum Dominorum de Torutijs, ſua, quę ſecum deferri mandauerat, vt omnino derelinquerentur curauit, & Veliternorum copiam in peregrinatione voluit habere, in quibus ſe maximam delectationem, & vtilitatem percipere fatebatur, & nimis in longum excreſceret oratio, ſi catalogum Magnatum, ac Principum recenſere vellem, qui in vinis Veliternis oblectamentum, & ſanitati conducibilem inuenerunt conditionem, vt per multos annos præcipuè Illuſtriſſimus, & Reuerendiſsimus D. Iul. Viuianus Epiſc. Solon. Suffragan. Oſtien. & Velitern. vir omnigena eruditione inſignis, expertus eſt. Et cum Velitris vinorum inſignis copia colligatur, maior tamen eorum pars Romam deportatur, & pro Albano, Ienzanio, Marinio, Nemeo, Caſtelcandolphio, à Romanis ſæpeſsimè bibuntur, vt quamplurimi norunt, ſi verum fateri velint;

ſint; vnde annis elapſis Miniſter quidam Sereniſs. Principis Cardinalis à Sabaudia, non modicā Veliternorum vinorum emere voluit quantitatem, ad vſum familiæ dicti Principis, & quod magis videtur memorabile, Anno ſequenti omnes ex dicta ſamilia eadem vina bibere omnino voluerunt. Nec cogitet aliquis Veliternos Ciues vinis vti decoctis, habent enim ſua cruda, tenuia ſuo tempore ſeruata in locis ſubterraneis, optimis quibuſcumque vinis comparanda, vina .n. decocta ſolum operarij bibunt; & indicium maximum inde ſumēdum eſt, quod pauciſſimi Ciues, & delicatiores calculo laborent, cum tamen, ſi vinis potentibus vterentur, laborare deberent. In vniuerſum nanque potentiſſima vina, habere facultatem calculum generandi, in renibus, & veſica, præterquam quod patet quotidiana experientia; probatur etiam ex Hipp. in victus ratione, Galeno 1. & 4. de tuen. ſanitate 8. Meth. eruditiſſimo Petronio, & Baccio lib. 3. de Natura vinorum cap. 15. & lib. 7. de vino cretico; vina enim potentia præterquam quod calefaciunt renes tartarum relinquere ſolent in renibus, vt in dolijs, & fortia vina ſolent eſſe craſſiora, ad coctionem difficiliora, & ſolent eſſe

præ-

prętereà flatuoſa ex Ariſtotele 30. probl. 1. & in lib. de ſomno, & vigilia cap. 4. qualia vina ſolent etiam eſſe multis in Regionibus, vt Gallia, Candia, Burgonia, & alijs locis Regni Neapolitani, & in Hiſpania ſunt adeò generoſa vina, vt non niſi à valido ventriculo tolerentur, quorum meminit Syllius Italicus lib. 7. ſi quis verò damnare voluerit modum vina decoquendi, ſciat hunc eſſe familiariſsimum, multis, & Regionibus, & Ciuitatibus, & varios modos coqueudi vina, & fabricandi ſapam, docet Lutius Iunius lib 12. & apud nos conſuetudo vina decoquendi inualuit, tùm ob copiã effatu dignam vinorum, tum, vt melius, ac longiori temporis ſpatio poſſent conſeruari, ſed fiunt etiam Velitris cruda optima, tenuibus æquiparanda, quæ propè Romam fiunt, & calculo laborantibus conferentia, vt Albanum, Marinium, Ienzanium, Nemeum, Tolphanum, Oruetanum, Caprarolanum, & alia, de quibus videndus Baccius de vinis totius Italiæ. Et ſi, vt ſuperiori capite dictum eſt, optima vina ſunt illa, quæ medium habent ſaporem inter dulcem, & auſterum, ſunt odorata, fragrantia, clara fulua, nec nimis craſſa, nec nimis tenuia, nec nimis potentia, nec nimis

de-

debilia; Non deeſt Velitris inſignis copia talium vinorum apud Nobiliores, vt omnibus patere poteſt deguſtantibus; & Annis præteritis Illuſtriſſimi quinque, & Reuerendiſſimi Antiſtites mea vina deguſtando experti ſunt, vt pleno ore faterentur omnes eſſe vina delicata, nobilia Albana, Ienzania, non Veliterna; & conſimilia, immò perfectiora colligũtur in ſuburbanis plurimorum nobiliſsimorum, & clariſſimorum Ciuium, quos omnes recenſere ſi vellem, longè nimis excreſceret oratio, ideoque ſtudens breuitati prætermitto. Neque deeſt nobis conditio terræ talis, & opportunus Ciuitatis ſitus, vnde poſſint vina produci delicatiſsima, ſi nanque vt iubet Hippocr. in lib. de Aere, aquis, & locis tex. 4. conſideremus quomodo Vrbs Veliterna ſe habeat ad Ventos, & Solis exortum, ſalubrem ſitum obtinere videbimus; eſt enim expoſita potius ad exorientem Solem, qui ſitus ab Hipp. cenſetur ibidem tex. 20. ſalubrior, & ventis ſæpè perflatur Septentrionalibus, vnde aer repurgatur, & ſalutaris euadit; Ommitto modo laudabilem aquarum qualitatem, quæ omnino optimæ ſunt, ſi credimus Hipp. cum deſcendant è ſublimi, & fluxionem faciant verſus Orientem;

&

& hinc factum eſſe crediderim, quod ob aeris, aquarum, & fortaſſe etiam vinorum bonitatem in Auito ſuburbano fuerit Octauianus Auguſtus enutritus; Natiuitatem illius aduerſus Antiquiſſimæ meæ Patriæ dignitatem non audeo in dubium modo reuocare, officium eſt enim ſapientis bene loqui, vt patriæ viuat, dixit Scaliger. Licet nonnulli Ariſtarchi, & nimis ſeueri Cenſores, paradoxum me eſſe locutum exiſtimarint, cum in alio meo Opuſculo pronúciaui, Octauianum Auguſtum ſibi elegiſſe pro Patria Veliternam Ciuitatem, hi nanque non deberent aliorum verbis inhærere, tamquam Phytagorę dictis, ſed remota omni mala animi perturbatione, & liuore mea verba diligenter, non oſcitanter notare debuiſſent, & in fonte res videre, nam rectius ex ipſo fonte bibuntur aquæ, & ſic cognouiſsét me non apertè illis verbis Auguſti natiuitatem, denegaſſe, vel probaſſe, vel dixiſſe minime Velitris eum natum fuiſſe, ſed modum loquendi meum extitiſſe; & non deberent alios irridere; præclariſsimè namque dixit; Democritus, alter, alterius inſaniam deridet; & prudentia, & ex Platone in Alcibiade noſſe ſe ipſum.

Non

Non enim me latet quid de hac re fateantur, Dion lib. 45. pag. 179. Leander Albertus in deſcriptione totius Italiæ pagina 116. Baptiſta Egnatius lib. Rom. Principum; ſed ne pigeat audire Suetonium celeberrimum ſcriptorem,& hiſtoricum in vita Octauiani pag. 48. vbi cum loquitur de loco natiuitatis Octauiani, teſtatur eum natum eſſe Romæ in Regione Palatij ad capita Bubula,& non repugnat in Comm. Beroaldus,qui docet Romam antiquitùs fuiſſe diuiſam in 4. Regiones Suburranam, Collinam, Exquilinam,& Palatinam,in qua natus eſſe dicitur Auguſtus, & quidem die cum de Catilinæ coniuratione ageretur loquens deinde de loco vbi nutritus fuit,dicebat; Nutrimentorum eius oſtendit adhuc locus in Auito ſuburbano iuxta Velitras per modicus,& cellę penuarię inſtar,tenetq; Ciuitatem opinio tanquam,& ibi natus ſit.Hinc tamen ne minimum quid detractum eſſe volo ſplendori nobiliſſimę Patriæ, idem nanque Suetonius Octauianum Veliternum Ciuem nominauit; & in lib. cui titulus eſt, Antiquæ Vrbis ſplendor, ex quadam inſcriptione, & ruina colligi legitur Octauianum Velitris natum fuiſſe; eiuſque Auos Velitris oriundos extitiſse clarè do-

cuit Leander Albertus. Immò teſtatur Idem Suetonius Octauiorum familiam præcipuam fuiſſe in Ciuitate Veliterna vbi incæpit, ac floruit, & inde Veliternorum Ciuitas illuſtris ſemper manebit, cuius etiam honorificè mentionē faciunt Dioniſius, Liuius, Strabo, Dion, Plinius, Volateranus, & omnium præclariſſimè Leander Albertus in ſua totius Italiæ deſcriptione, & Auctor libri, Antiquæ Vrbis ſplendoris, hæc habet, Veliterna Ciuitas nulli quidem poſt Neapolim per eam ferè regionem ſecunda mediocriter opulenta, vt iam meliùs de ea ſcripſerat Volateranus, frumento, vino, populoque abundantisſima.

Quare, vt finē dicendi faciam. Velitris etiam ſaluberrima, & optima eſſe vina omnes fateri debent, & teſtatur præcipuè Ciuium in vniuerſum laudabilis habitus, temperamentum, & color, qui ex Hipp. humorum dominantium indicium eſt, qui nunquam à malo vino boni eſſe poſſunt, & ex hoc fortaſſe Velitris, Incolæ ſolēt eſſe vitæ longioris, vt enim ſcribit Plin. 14. cap. 6. Liuia Auguſta annos ſuę ætatis 82. vino pucino, non aquoſo retulit, & notare debemus, quod docet Auic. lib. 4. fen. 4. tract. 4. cap. 2. & 3. quod

in

in vulneribus neruorum mirè valet vinum decoctum, cum perueniunt ad ſanitatem, cuius copia Velitris habetur, & de his hactenus.

An ſit ſalutaris potus niue refrigeratus.

CAP. V.

QVamuis ex Hipp. & Galeno, alijſq; viris celeberrimis, varij ſint refrigerandi modi, quos legere poſſumus apud Mercurial. lib. 1. variar. 8. Mercat. lib. 1. Indic. 2. ijque faciles, non graues, aut periculoſi, nihilominus humana curioſitas, alium refrigerandi modum adinuenit, vaſcula aqua, vel vino plena niue circumdando, quia verò apud omnes ferè Nobiles hac noſtra tempeſtate inualuit iſta cõſuetudo, opportunè faciemus, ſi de ea longiorem inſtituere orationem conabimur; & videbimus an talis potus niue refrigeratus ſanitati conferat; an verò tanquam periculoſus ſit reijciendus.

Prima opinio eorum eſt, qui tanquam noſtræ ſaluti inimicum, & humanæ naturæ aduerſum, talem potum omnino damnare nituntur, ſuamque ſententiam, primò probant ex Plin. lib. 19. cap. 4. vbi diuinè dixit, heu prodigia ventris, hi

niues, illi glaciem potant, pænaſque montium in voluptatem gulæ vertunt, ſeruatur algor æſtibus, excogitaturque, vt alienis menſibus nix algeat.

Probāt ſecundò ex Conimbricenſibus ad lib. Meteororum Ariſtotelis tractatu 7. c. 5. cum dicunt, quod eſt, iſta ſcriptorum quærimonia, ſed ſine fructu de ijs, qui non contenti vina diffundere veterana, & per ſapores, ætateſque diſponere inuenere, quomodo æſtate media niuem ſtiparent ad potũ, & ad ſtomachi ſeruitutem concretæ aquæ ſtruxere officinas; & citant Plinij auctoritatem proximè allatam.

Probant tertiò, ſi ex frigido emplaſtro ad moto ventriculo, cuidam mors eſt ſubſequuta ex Beniuenio c. 15. cur non ſæuiſsima ſymptomata ex frigidiſſimo quotidiano potu ſubſequutura timemus?

Quartò ex Gal. varijs in locis colligitur, quam ſit noxius niuis vſus, & potus niue refrigeratus; in comment. 3. in lib. Hipp. de his quæ in med. fiunt auream ponit ſententiã, cũ dixit, quis ignorat, quiſque eſt ex ijs, qui de frigidæ aquæ potione ſcripſerunt, qui non dicat eum duo efficere conſueuiſſe, vel damnum ex refrigeratione, vel

caloris maioris ab imis partibus reuocationem? & in lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum cap. 3. ſcribit Romæ ſua tempeſtate contigiſſe, cum vulgò frigidiſsimam aquam mulieres ex niue potarent, vt aut nullo pacto, aut diminutè purgarentur, quæ venæ ſectione à Medicis ſeruatæ fuerunt,

Idem Gal. in lib. de ſuccorum bonitate, & vitio, cap. 13. de niuis vſu in refrigerando vino ſcriptum reliquit, & ſi ipſa ſtatim nix noxa ſenſibili non videatur iuuenum corporibus officere, increſcente tamen temporis proceſſu, occultò, paulatimque noxa, vergente nempè ætate, articuli his, neruique, ac viſcera morbis corripiuntur, vix, aut nunquam ſanandis, quod pariter affirmat in lib. de renum affectionibus c. 7. & 5. de locis aff. cap. 3. & 6. eiuſdem cap. 1. narrabat ex frigidiſsimi potus vſu, refrigerato hepate hydropicam paſſionem ſubſequutam.

Probatur etiam ex Auicen. in cantic. part. 2. cum inquit, non eſt autem aquæ potus frigidæ nimium, aut potus niuis frequentandus, eo quod nimis obſit, & fen. 3. 1. doctrin. 2. cap. 8. aquam multum frigidam bibere malum eſſe ſtatuit, & fen. 4. lib. 1. cap. 2. verè frigiditatem ſuperfluam

eſſe

eſſe ipſam mortem caloris innati, aut ei propinquam, & fen. 1. lib. 1. doct. 6. cap. 3. frigiditati eſſentialiter ineſſe tradit, vt omnibus virtutibus corporis noſtri ſit contraria, quod etiam Galen. affirmat lib. 3. de ſymptomatum cauſſis cap. 3. & in lib. 2. de morborum diff. cap. 3.

Confirmat hanc opinionem, quod narrabat Bartolomęus Battalionus, ſe quotannis obſeruaſſe æſtiuo tempore, Turcas plurimos fluxu ventris vexatos decedere, quod non niſi ex immodicè, niue, aut glacie refrigerato potu illis accidiſſe aſſerebant illius Vrbis Medici.

Et ad rem facere videtur quod teſtatur Zonara Annalium tom. 3. Theophilum Conſtantinopolitanum Imperatorem, ex aquæ frigidiſsimæ potu frequenti, cuiuſmodi eſt niualis, læſis internis viſceribus, in diſſenteriam incidiſſe, ex qua mortuus eſt.

Probatur vlteriùs ex Marcello Donato, qui vehementer damnat, tanquam plurimorũ morborum cauſſam, de Medic. hiſtor. mirabili lib. 4. cap. 6. pag. 116. potum niue refrigeratum, cum inquit, ex his minimè mirandum ſi qui nimio niuis, aut glaciei vſu, ad potus refrigerationem abutuntur in graues morbos ſeſe miſerè præcipitant,

pitant,frigidum .n. vitæ quæ in calore maximè fundatur,quã maximè aduerſari,præſertim immodicũ luce meridiana clarius eſt; vnde paulò inferiùs exclamauit,dicens,quare nõ poſſum me temperare quin in illos vehementer inuehar,qui æſtiuo tẽpore,quanto magis æſtuant corpora frigidiſſimas potiones niue,aut glacie paratas ſummis laudibus indiſtinctè extollunt,proficuumq; hominibus prædicant; & notandum videtur, quod memorię prodidit Braſſauolus 5.aphor.24. mulierem grauidam,cum ob malaciam frequenter glaciem comediſſet, intenſiſſima tuſsi correptam, ac ventriculi dolore, & primam concoctionem ægerrimè confeciſſe.

Diuerſa potuum frigidorum nocumenta recenſet Baccius lib.5. de Thermis pag.249. cuius hæc ſunt verba. Verumtamen inconciliata quorumdam cupiditas diſſimulari non poteſt, qui dum pulmonum ſiccitati indulgent, ac auidè generoſi alicuius vini frigidos cyathos ingurgitant,parum illius crudæ frigidæ qualitatis nocumenta timent, quæ inimica eſt noſtræ naturæ, teſte diuino Hipp. Inteſtinis aduerſatur, thoraci, hepati,neruis,vnde colicæ gignuntur paſſiones, cruditates, lapides, iuncturarum dolores, vrinæ

dif-

difficultates, & alia id genus vitia, quæ audiui imperitum Medicorum vulgus in adulationem Principum, Tyberinarum aquarum potibus imputare, atque adeò paulò inferius dicebat, frigiditatém ſuo exceſſu, atque abuſu non poſſe, niſi vitam abbreuiare.

Vltimò frigidum ex niue potum improbant, ex Hipp. in lib. de Aere, aquis, & locis, vbi niuoſas aquas plurimum damnauit; & 5. aphor. vbi frigiditatem, ſeu frigidum potum ſpirandi difficultatem, tuſſes, ſanguinis fluxiones, pulmonis vaſis diſruptis, & conſtrictis ob frigiditatem inducere, cerebrum inualidare, ventriculum debilitare, & conuulsiones, diſtentiones, ac rigores febriles, generare.

Secunda opinio eorum eſt, qui affirmant ſanitati conducibilem, vtilemque eſſe potum niue refrigeratum; frigidus enim potus temperat hepar, mitigat calorem, inducit appetentiam, corroborat ſtomachum, & ſicut docet Auic. 2. 1. tractatu 2. cap. 19. frigida potio excitat appetitũ ad cibum calorem naturalem robuſtiorem facit, actiones omnes roborat, ciborum aſſationem impedit, viſcera præcipua temperat, per totum corpus citiſsimè permeans illud humectat, facit

ſtomachum fortem, quod etiam confirmat Raſis, Iſaac, Haliabas, vnde potus ex niue frigidus, non ſolùm vtilis, ſed ad ſalutem conſeruandam ſalubris eſt cenſendus; de quo argumento eleganter ſcripſerunt Plutarchus, Nicol. Maſſinius in lib. de gelidæ potus abuſu, Monardes, alijque viri celeberrimi: Fuit ſanè tempore Gal. Romæ frequens vſus niuis, & fuit inuentum ex Plinio, & Suetonio, Neronis Principis, quod factum fuiſſe multi dicunt Andromachi conſilio; & Seueris Imperatoribus vſum niuis conſuluit Galen. qui hunc modum potũ refrigerandi probare videtur 6. epid. ſect. 4. comm. 10. & 7. meth. cap. 4. vbi hæc habet. Vidiſti igitur & tu quoſdam vno die, vel potius hora frigida potione leuatos, quorum alijs non modo aquam dedi fontanam recentem, ſed etiam quæ ex niue eſſet refrigerata, velut Romæ præparare ſolent, cibos præterea ad eundem modum refrigeratos identidem me illis permittere vidiſti, idem affirmat lib. 3. de cibis, & in lib. de renum affectionibus, vbi conſulit frigidam aquam ex niue calidioribus, carnoſis, & ijs, qui multum laborant, & exercentur, & quam ſit gratiſſima aqua niue refrigerata ſacra pagina docet Prou. lib. cap. 25. dum inquit,

ſicut frigus niuis in die meſſis, ideſt æſtate, ita Legatus fidelis, ei qui miſit eum, animam eius requieſcere facit, & paulò poſt, aqua frigida animæ ſitienti, per animam verò intelligit Valleſius de ſacra Philoſophia cap. 61. ipſam reſpirationem; atque adeo Cornelius Celſus primo lib. cap. 8. pag. 45. iubet habentibus debiliorem ventriculum poſt cibum ad tardam concoctionem frigidum vinum bibere, deinde omnes potiones aqua frigida intercludere, & hunc refrigerandi modum videtur comprobare Hip. in lib. de Aere, aquis, & locis, vbi dixit, Scythas aquam ex niue, & glacie bibere, & tamen craſſos eſſe, quod nullum in nutritioni inſeruientibus facultatibus noxam inde accidere arguit, & ita in India Occidentali vbi maior fluuiorum pars ex niue fit ſoluta in montibus, omnes ex ea aqua bibere, legimus, refert Athenæus carmen Sopitæ Poetæ antiquiſsimi vbi docet ſuo tempore omnes bibere ſolitos aquam ex niue ſolutam. Narrat Pericarates Græcus Hiſtoricus celeberrimi nominis ſuo tempore omnes bibere ex niue, & in Vrbe, & in Exercitu. Atrates Hiſtoric. docet ſuo tempore vſum niuis celebrem fuiſſe, quod etiam recenſet Xenophon. vſum niuis vſurpabat Helio-

gaba-

gabalus Imperator,& Alexander Magnus,& Plinius Secundus in ſuis Epiſtolis amico ſuo ſcribit, habere ſe inter alia paratam niuem ad potum infrigidandum. Notiſſimum verò eſt in Ciuitate Conſtantinopolitana vſum niuis celeberrimum eſſe, & idem ſeruatur in Flandria, Vngharia, Bohemia, & ex Flandria in Ciuitatem Pariſienſem, glaciem deportari legimus; Apud Hiſpanos eſt adeò frequens vſus niuis, vt referant omnes, quod ſi fortè fortuna, hyems ita proceſſerit, vt niues adſeruari nequeant, tunc vulgares præſertim, ardentiſſimis febribus, acutiſsimiſq. morbis per æſtatis ardorem corripi, qui inſtar peſtis in populum graſſatur.

Scribit Raſis lib. 3. ad Almanſorem, aquam ex niue frigidam hepar refrigerare, confirmare ventriculum, inducere appetentiam, & alia quæ ſuperiùs cum Auicenna, & eodem Raſi expoſita ſunt, quod etiam videtur confirmare lib. 4. ad Almanſorem. Nec ſilétio obuoluendũ eſt quod Martialis docet lib. 4. vſum videlicet niuis docuiſſe ingenioſam ſitim; & hinc hac noſtra tempeſtate niuis vſus, eſt apud Magnates, Principes, & omnes ferè Nobiles familiariſſimus ſi enim inde damnum euidens, & commune eueniret

vtique reijceretur ab omnibus; atque adeò teſtatur Ferdinandus Rodericus compertum eſſe; quamplurimos Ciciliæ, Romæ, ac denique Madrittenſi Oppido, ante vſum niuis è vita diſceſſiſſe, quos modo prædictus aquæ frigidæ potus; non ſolum à morte liberat; verum etiam à morbis immunes conſeruat. Ex prædictis ergo patet, & ratione, auctoritatibus, & experientia, vſum niuis vtilem, & ſalutarem eſſe comprobari.

Ad auctoritates verò, & rationes in contrarium adductas; Reſpondetur breuiter debere omnino intelligi de aqua niuali, vel vſu ipſius niuis, & ſic Euticles redarguebat eos, qui non ſolum erant contenti bibere ex niue frigidum potum, ſed ipſam etiam niuem. Hoc idem docetur ab Aulo Gellio lib. 19. Noct. Atticarum cap. 5. & confirmatur ex Gal. in lib. de bonitate, & vitio ſuccorum cap. 13. & Auicen. 3. 1. cap. 8. cum inquit, eos qui bibunt aquam ex niue emanantem, in varia morborum genera incidere. Vel intelligi debet, Auctores loqui de largo aquę frigidæ potu, vel de improbo, & intempeſtiuo frigidi potus vſu, aut de intẽpeſtiuo potu ab exercitio, vt refert Hipp. 6. epid. ſect. 6. quemdam ex

co-

copioſo aquæ frigidæ potu poſt luctam interijſſe tertia die, & damna, quæ ſuperiùs ex niuis vſu emergere relatum eſt, intelligi debet euenire in exercitatis, obſtructis, ægrotis, inaſſuetis, praua corporis cōſtitutione præditis, atque adeo Auic. vbi loquitur de frigidæ potu, docet, quod ſi bibatur ſine ordine, indeſinēter eam plurimorum morborum cauſſam eſſe.

Cum verò Plinius lib. 19. cap. 4. frigidum potum improbare videtur, dico notanda eſſe illius verba, loquitur enim de potantibus niuem, & glaciem, & frigidum potum commendat lib. 31. cap. 3. dum inquit, Neronis Principis inuentum eſt, aquam decoquere, nitroque demiſſam in niueis refrigerare, & addit, ita voluptas frigoris ſine vitijs niuis contingit.

Habetur de niuis vſu eruditiſs. Valleſij pulcherrimus locus 5. epid. tex. 29. pag. 248. vbi ſic loquitur. quò fit vt qui calidis vtuntur fructibus, omnes ferè in tertianas, aut grauiores alias febres incidant, ac non pauci in choleras morbos, multi verò ob refrigeratos fructus à febribus liberentur, & ſi alioqui negotijs, & exercitationibus ſint implicati. Refrigerandi ergo fructus horarios admota niue, nullus arbitror poſſit con-

conſuetudinem non magnopere commendare, nam ſi quis ex fructuum frigore noxam ſentit in ventriculo, is certò ſciat ſe illis non indigere, neque conſulendum illi eſt, vt vtatur calidis, ſed aut nullis, aut pauciſsimis. Potus alia ratio eſt, multi enim læduntur frigido, qui nihilominus vti debent gelido, vnde conſtat multò magis eſſe neceſſariam niuem ob horarios fructus, quàm ob potum, tametſi ob hunc quoque per Æſtatem, aut bonam Autumni partem, pleriſq. vtilis eſt, alijs temporibus nulli, niſi iucunda, multis verò noxia, quapropter ego vellem niuem cum horarijs fructibus, incipere, ac deſinere, atque interim fructus refrigerari quamplurimum. Et hæc doctiſsimè Valleſius.

Vt ergo quis innoxiè vti poſſit potu ex niue; in memoriam, reuocare debet quòd aſſerere ſolebat excellentiſſimus, & eruditiſs. Præceptor meus D Pompeius Caimus, olim in Rom. Gymnaſio Philoſophiæ, ac Medicinæ Profeſſor celeberrimus, & in omni facultatum genere peritiſſimus; nempè vſum niuis duo requirere, robuſtum ventriculum, & cibos idoneos, ſeu proportionatos.

Enimuerò vt poſsit quis liberè, & innoxiè vti

potu ex niue frigido, multas debet obſeruare conditiones. Prima eſt, quam docet doctiſſimus Monardes, vt quis experientia ſuam comprobet naturam, an videlicet ex vſu niuis manifeſtè colligat læſionem, aut damnum; conſideret attentè, ſuam corporis diſpoſitionem, an ſibi conueniat, & commodum inde naſcatur, & hac ratione poterit & ſequi, & euitare, potum ex niue frigidum, & vſus doceat quid ſibi conueniat, & quid faciendum. Secunda conditio eſt talem potum conuenire ſolum exercitatis, atque negotijs deditis, vt docet Gal. in lib. de cibis, boni, & mali ſucci, quo loco arcet ſenes, & pueros, ab vſu niuis; & eos qui agunt vitam otioſam, & ſedentariam. Tertia robuſtus ſit ventriculus, vt dictũ eſt, qui ferre debet potum niue refrigeratum. Quarta, vt ſit moderata refrigeratio, quæ non turbet concoctionem, nam immoderatã in potu frigiditatem, vt eſt in niue damnauit Hipp. 6. epid. & lib. 2. de diæta. Quinta conditio cum Auic. eſt vt bibatur vaſis ore anguſto fabricatis, vt ſit potus lentus, paulatinus, non ſubitus, quia ſic faciliùs ſuſtinetur maior frigiditas, quod .n. paulatim fit, tutum eſt; an verò ſanitati expediat bibere vaſis ore ſtrictiori, videndus Villalobos,

qui de hoc argumento diffusè tractauit; & Valleſ. 6. epid. pag. 300. & vtrũ talis potus ex niue conueniat etiam febricitantibus, legendũ iudicium Ferdinandi Roderici cap. 4. de potu aquæ; vbi cum Galeno probat, quod ſi conuenit ſanis, multò magis febricitantibus conueniet.

Atque hìc ego ſiſto Lector, & ſunt mihi cauſſæ. Alias, vt ſpero, perficiam, ſi non, tu per te hæc talia enota, & adiunge, nam ſpecimen hic, atque exemplum vides, ſed textum noſtrum inprimis ſcrutare; nam vt ille inquit, leuium metallorum fructus in ſummo eſt: illa opulentiſſima ſunt, quorum in alto latet vena aſſiduè pleniùs reſponſura fodienti. Memor autem ſis eius, quod teſtatum reliquit Plato, pleraquè Scriptorum Adonidis hortis conſimilia eſſe, qui ſubitò, & vno die nati celerrimè pereunt, vt videmus, & videbimus euenire multis, hac noſtra tempeſtate, qui ſolum futilia, & velut aerea ſcribũt, vnde breuiſsimo temporis interuallo, diſſoluta, vt ita dicam, in vaporem euaneſcent. Spero haud id eueniet huic noſtro, quod laborioſè ſatum vires magis à tempore capiet, & Poetæ verbis:

Creſcet occulto velut arbor æuo.

Fir-

Firmas enim, ac ſolidas, non nudas, & ſparſas poſuimus ſententias ne euaneſcerent, & diffluerent; & eſſet quod dicitur arena ſine calce. Rogo autem omnes veritatis, & boni publici amantes, vt ingenio moderato, nec ambitione turgido, rationes meas cum ratione potiùs, quàm cum paſſione, atque liuore verba mea æſtiment, atque interpretentur.

FINIS.

Digitized by Google

DE ANNIS CLIMACTERICIS. DISPVTATIO.

AD LECTOREM.

DE pręſenti diſceptatione publicanda (Benigne Lector) cogitationem omnem penitùs depoſueram ; verebar enim ne ſi aliquid præter vulgatas opiniones veritatis indagandæ ſtudio liberè proponerem, nouator, & Paradoxologus haberer ; ſi verò antiquorum dogmata recenſerem, eorumque documenta in teſtimonium adducerem, ex alijs, dicerent omnes, mea tranſcripſiſſe. Nihilominus efficaces amicorū preces vicerunt, vt criminationes iſtas contemnendo, nobiliſſimam hác, curioſiſſimamquè deciſionem promulgarem ; nunquam enim ab alijs diſcere me puduit, multaque ex viris celeberrimis in mea ſcripta tranſferre, hoc nanque ab omnibus, & omnibus ſæculis factitatum eſſe tam notum eſt, quam quod notiſsimum. Ideoque inuidorum maledictis

nihil omninò motus, hanc qualemcumque opellam edo in publicum, quicquid maleuoli dicãt, & oblatrando garriant, qui veluti mures ſemper alienum cibum edere conantur, liuore moti, de ſeipſis multum præſumentes, & nihil niſi quod ipſi faciunt, aut dicunt, aut amant rectum putãt. Nam nec Homerus caruit ſuo Momo, nec Hippocrates liber euaſit à dentibus Theſſali, & omnes incurrimus Naſuti alicuius Momi, aut perſpicacis Ariſtarchi reprehenſionem, aut ſeueri Catonis cenſuram, dicam in hoc argumento, quæ nunc in mentem venerunt, qui melius habet, melius dicat, nam vt Perſius

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Et ex Ouidio.

Pectoribus mores, tot ſunt, quot in orbe figuræ,
Sic viſum eſt ſuperis: nulli Deus omnia ſoli
Contribuit;

Memores autem ſint omnes, duo eſſe à Deo nobis conceſſa, vt memoriæ prodidit Pythagoras, veritatem eloqui, & mortalibus benignè facere. Peritis ſcribo, quia imperito homine (ex Ariſtotele) nihil iniuſtius eſt, & ſciant inuidi, quod ſuis conuicijs, & garrulitatibus, telis plumbei ſæpiſsimè pugnare conſueuerunt.

DE ANNIS CLIMACTERICIS DISPVTATIO.

AN SIT HABENDA FIDES *Annis Climactericis.*

AD præſentis difficultatis maiorem intelligentiam, veramque determinationem nonnulla ſupponenda, & notanda videntur.

Et primò notandum cum Marſilio Ficino lib. 2 de vita proroganda cap. 20. pag. 118. hos annos Climactericos à Græcis Aſtronomis nominari; ab alijs verò ſcalares, vel gradarios, vel decretorios, appellari; & ſunt ex multorum ſententia ætatis noſtræ quaſi quidam articuli, ſeu periodi, in quibus humana vita ſolet abſolui; ſecundum alios Climacterici vocantur, ideſt periculoſi, dicunt enim vocem eſſe deſumptam à Caldæis, qui vocant Climacteras, pericula vitæ, ſcanſiles occiduos videtur eos nũcupare Plinius lib. 7. cap. 49. & communiter per ſeptenaria, & nouenaria procedere dicuntur.

Notandum ſecundò, quod de numerorum connexione paſsim multa viri doctiſſimi philoſophantur, Langius epiſt. 34. Medina cap. 7. fol. 72. Ananias lib. 4. Cardanus lib. 16. de varietate, & lib. 18. de ſubtilitate, Baptiſta Segnius lib. de vero Studio Chriſtiano cap. 7. qui tamen nullam vim magicam, ſeu naturalem, numeris ipſis, qua tales ſunt, tribuunt; Platonici verò, & Pythagoræi in hac re nimis ſuperſtitioſi fuerunt, vt propterea ob rei varietatem, & elegantiam varia deſcribere liceat. Pythagorici ergo omnia ad numerum referunt, triplicem enim in rebus ordinem ſtatuũt, ſpecierum, figurarum, & numerorum, inter quæ numeri primum ſibi locum vendicant, & legitur in Biblijs ſacris, omnia diſpoſita eſſe, in numero, pondere, & menſura: inter numeros autem pares, & impares principem locum tenet ſeptenarius, cuius tanta eſt dignitas, & maieſtas, vt veteres ſacrum, & venerandum appellarint, Indorumque Magi, necnon ſapientiſsimi Ægyptiorum Sacerdotes, ſeptenarium maioris, & minoris mundi numerum vocauerint. Philo Iudæus lib. de mundi opificio hanc ſeptenario tribuit prærogatiuam, quod ſolus neque gigni, ne-

que

que gignere natus eſt. Pythagorici humanæ vitæ vinculum, & nexum ſeptenarium nuncuparunt, quem nodum, ac nexũ agnoſcens Tullius in ſomnio Scipionis, ſeptimus, inquit, numerus omnium nodus eſt. Theologi ſeptennarium numerum perfectionis vocant, quod ſeptimo die perfecta ſint omnia; Numerũ Quietis, quod ſeptimo die quieuerit Deus ab operibus ſuis; Numerum ſanctificationis, quod eum filijs Iſrael tanquam celebratiſsimum commendarit Moſes. Numerum vltionis, numerum pęnitentiæ; numerum beatitudinis, vnde illud vulgatum, ò ter, quaterque beati. De ſeptenarij laudibus, multa Philo Iudæus, & Linus antiquiſſimus Poeta; Prætereo, quod à multis obſeruatum videtur, ſeptem eſſe in Orbe miranda, Sapientes veteres ſeptem fuiſſe: Cælum ſeptem cinctum eſſe circulis, ſeptem ſtellas erraticas. Vrſam ſeptem conſtare ſtellis; Pleiadum Choros ex ſeptem ſtellis abſolutos; ſeptem eſſe quæ conſpiciuntur, ſeptem vocis mutationes, ſeptem Phyſicos, & naturales motus, ſeptem apud Græcos vocales, ſeptem ætates, ſeptimam ætatem auream futuram, ſeptem oſtia Nili, ſeptem metalla, ſeptem artes liberales, ſeptem in-

capite ſacra Palladis arce feneſtras, ſeptem quæ vno ſibi muro circumdedit arces, ſeptem humanarum actionum cauſſas, ſeptem de ſtirpe Homeri certantes Vrbes, Marem ſeptimum, occulta, & mira proprietate ſcrophulas perſanare, fœminam ſeptimā, numero ſua præſentia partum iuuare, & alia conſimilia ſpontè omitto; ſcio enim multas nugas numerorum prætextu circūferri; Memorabile verò eſt, quod dixit Hipp. in lib. de principijs tex. 20. vitam hominis eſſe ſeptem dierum, & genituram in vtero habere ſeptem diebus, quęcunque corpus habere debet, ſeptimeſtres partus eſſe vitales, ſeptimo menſe incipere dentire, ſeptimo anno dentes permutare, & ſimilia de numero ſeptenario apud Hipp. leguntur; nec videtur prætereundum, quod docuit Regius Propheta dum ait, ſeptuaginta anni ſunt dies hominis, ſeptenarij ergo, anni, menſes, ac dies, maximæ videntur eſſe contemplationis, quoniam in illis mutationes inſignes contingere ſolent; vnde & Medici ſeptimum certa experientia perſuaſi Regem inter decretorios dies appellarunt, eumque inter alios Paulus, potentiſsimum nominauit.

His igitur breuiter enarratis; veniamus ad

quæſitum, in quo prima ſententia eſt eorum, qui hos annos admittendos, nō negandos, illisq. fidem omninò habendam eſſe prædicant.

Probatur primò, quia obſeruatum eſt, vt docet Aulus Gellius 63. annum præcipuè eſſe climactericum, periculoſiſſimum, & expertum in multa hominum memoria, in ſenioribus plerisque hunc vitæ annum, cum periculo, & clade aliqua venire, aut corporis, morbiq. grauioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis, vnde elegans apud eumdem Auctorem legitur congratulatio diui Augusti ad Nepotem de anno climacterico, qui verò plurima noſſe cupit exempla, obſeruationes, experientias circa hos annos climactericos, legat Simonem Maiolum in diebus canicularibus tom. 2. colloq. 4. vbi varias adducit hiſtorias, Magnatū, Pontificum, Imperatorum, Regum, & Principum, quos annis climactericis interijſſe fatetur. Et ex ſacra pagina indubitatè probat de Adam, Kenem, Mahaleel, Henoch, Lamech, Abraham, necnon de Amazia, Achaz, &c. qui annis climactericis, & ſeptenarijs, & nouenarijs, ſeu enneaticis mortui ſunt.

Probatur ſecundò ex Sacra ſcriptura, & in pri-

primis Sapientię 7. ſcribitur omnia in numero, pondere, menſura diſpoſita eſſe. Et Eccleſ. 17. numerũ dierum, & tempus dedi, & Exod. 25. Zacch. 4. multą de numeris, & dignitate ſepte-narij enarrantur; & de Climactericis verba faciunt D. Auguſt. lib. 2. de ordine, D. Hieronymus in Amos, D. Ambroſius in epiſtol. ad Orátianum, Nicetas in Gregorium, Antonius Gueuara, & alij.

Probatur tertiò, quia horum annorum mentionem faciunt, & de his multa ſcripſerunt, Linus Antiquiſſimus Poeta, Mercurius Trimeg. Philo Iudæus, Plinius, Cicero, Plutarchus, Macrobius, Aulus Gellius, Alexander Aphrodiſeus, Iulius Firmicus, Raphael Volateranus, Hermolaus Barbarus, & multa in ſeptenarijs contingere docuit Plat. in dial. de Nat. Ariſtoteles 7. de hiſtor. animalium cap. 1. Gal. 1. de ſanit. tuen. cap. 12. Nec non etiã Hip. in lib. de carnibus, & in lib. de partu ſeptimeſtri tex. vltimo hæc habet notatu digniſſima, ſeptenarijs annorum multa inſignia contingunt; vnde etiam teſtatur Seneca ſeptimum quemque annum ætati notam imprimere; idemque Hipp. in Coacis, videtur ponere 63. annum Climactericum, &

ipſe ſanctiſſimus Propheta ponit 70. climactericum, & Antiquiores formidabilem quoque cenſebant 81. quo anno, Plato, Diogenes, Dionyſius interijſſe dicuntur, & ſi quis interim ſcire vellet, quinam horũ annorum, periculoſiores ſint, dicitur teneri periculoſiſsimos 49.56.63. multi apponunt 70. 81. ſed maximè formidabilis iudicatur 63. qui dicebatur ab Aegyptijs Androdes ex Iulio Firmico, ſcilicet quod omnẽ vitæ ſubſtantiã, debilitet, & frangat. Hunc annum euadentes Imperator Octauius, Antonius Pius, Bonus Alexander Dijs ſacrificarunt, & multa dona obtulerunt amicis; Raphael Volaterranus ex Iulio Materno ponit 63. fatalem, periculoſiſſimum, quia conſtat ex ſeptenarijs, & nouenarijs; Martinus Rulandus vocabat hunc annum climactericum duplicem, & exitialem hominibus.

Probatur quartò ex Marſilio Ficino lib. 2. de vita proroganda cap. 20. ſuperius citato, vbi pulcherrimam habet doctrinam horum annorum, & eſt, quod ſicuti dum infantem in aluo latentem rexit primo menſe Saturnus, vltimo Luna, ſic ſtatim natum ordine conuerſo primo ipſius anno ducat Luna, ſecundò Mercurius, &c. ſepti-

mo

mo Saturnus. Itaque in ſeptimo quolibet anno vitæ fit in corpore mutatio maxima, ideoque periculoſiſſima, quandoquidem Saturnus nobis communiter eſt, peregrinus, maleficus, & tyramnus. Et à Saturno Planetarum ſummo, ad Lunam eueſtigiò Planetarum infimam gubernatio redit. Tu igitur, inquit, ſi vitam producere cupis ad ſenectutem, nullis eiuſmodi gradibus interruptam, quoties ſeptimo cuilibet anno appropinquas, conſule diligenter Aſtrologum, & vnde immineat tibi diſcrimen ediſcito; deinde vel Medicum, vel temperantiam accerſito; his nãque remedijs prohiberi minas Aſtrorum docuit Ptolomeus; & hinc Montanus Centu. 1. curat. 34. loquendo de anno 63. qui dicitur ab eo Climactericus maior, inquit, Huius recordetur, & ſe regat, ſicut debet in hac ætate, & alibi non dubitauit aſſerere, magis timeo de hoc anno, quàm de morbo, & ad hunc plura pertinentia conſcripſit Hermolaus Barbarus in Plinium lib 7. cap. 49.

Corroborat hanc opinionem doctrina Valleſij 2. de morb. popul. tex. 13. pag. 111. vbi hæc habet. Accepimus præterea ab Antiquiſsimis rerum naturalium obſeruatoribus, annos certos

eſſe hominum vitæ fatales, quos climactericos, quaſi ſcalares appellabant, quod per eos veluti per ſcalæ quoſdam gradus ex quibus omnibus ſoleant præcipitari homines procedant. Illos annos eſſe periculoſos, quod aut mortem, aut morbos inſignes (fortunarum etiam iacturam dicunt quidam ſed haec non curo) afferre ſoleant. Hos dicebat eſſe ſeptenarios, nouenarios & qui multiplicatione ſeptem, aut nouem fiunt, quin & menſes ſeptimi, & noni climacterici infantibus ſunt, morbis enim maximis in illis menſibus tentantur.

Probatur præterea, quia Annonam etiam ſterilitatẽ, bella, peſtes, & cetera id genus alia euenire certis quibuſdam annorum curriculis in dies obſeruatur, & plurimæ arbores certis quibuſdã ætatibus morbis quibuſdã ſubijciuntur exẽp. g. dum adoleſcunt, & fructus producere incipiũt, vermiculationi ſubijciuntur, cum adoleuerunt humoris abundantia ſuffocantur, areſcunt, contabeſcunt cũ incipiunt ſeneſcere, & certis annis ſteriles fiunt, ægrotant, areſcunt, quemadmodum etiam propter importunas temporum mutationes plurimum læduntur, prout de animalibus dicitur, non ergo debet videri mirum,

ſi homines certis quibuſdam annorum reuolutionibus mutationem patiantur. Ex dictis ergo colligi debet indubitate dari annos climactericos, illiſque certam fidem habendam eſſe.

Secunda ſententia eſt eorum, qui nullā planè fidem ijs adhibendam eſſe cenſent, & horum annorum obſeruationem, vanitatem, & ſuperſtitionem nominant. huius opinionis fuit Ludouicus Duretus vir vndequaque clariſsimus, & ſolidiſsimæ doctrinæ (qui vt dicere ſolebat Heurnius poſt Galenum fuit Primus, quem etiam ipſe Galliarū Rex maximè reuerabatur) in coacis Hipp. pagina 438 & 439. vbi ſe annorum climactericorū hoſtem acerrimū oſtendit. fuit quoque opinio omniſcij, eruditiſſimique Cardani in comm. ad librum Hipp. de partu ſeptimeſtri.

Duretus ſic ſapientiſſimè loquitur. verum enimvero quis malus genius, hanc illis mentem immiſit vt credant homines ex hac vita migrare numerorum Imperio, non fato, & caſu; ita volente Deo, aut certè illius permiſſu, qui ſolum necis, & vitæ ſummum ius habet; & cuius nutu res eunt diuinæ pariter, & humanæ, & quo præeunte vel ipſa decidunt folia ex arboribus, nec

fluunt

fluunt capilli ex capite, nec vnus quidem perit ſine illius numine ? furor, profecto furor eſt; Omnipotentis Dei prouidentiam momentis tẽporum, & ſerie numerorum, atque complexu diſtringere, aut velle ipſam notis quibuſdam, ac numeris, tum ſyderali ſcientia præuidere, cuius eſt illa prædictio, ipſum furtiuè ad nos venturum, nec ſui aduentus ſcientiam vllam poſſe à nobis teneri. atque hæc Duretus.

Cardanus verò in loco Hipp. citato, ſic inquit; alij cõtra omninò ſuperſtitioſiores horum annorum numerum, vt exitialem obſeruant, quod Hipp. vitę, & mortis eoſdem terminos ſtatuere videatur, ſed non video qua ratione, cum ſeptenarijs confirmetur vir, & non niſi ſenio adueniente deſinant vires, quas ſenſim flacceſſere haud dubium eſt, non in ipſo ſeptenario anno, velint eumdem eſſe homini formidabilem; & ego ſanè addebat, nunquam melius degi, quam his annis climactericis.

Sed vanitas horum annorũ clarè oſtenditur; quia numeri nullum ius, & imperium eſt in naturam corporis, quæ ſubſiſtit in vitali principio partium ſolidarum, vnde ipſa viuacitas, & in viuifico nectare, cuius perrenitas eſt à corde,

ſuſten-

ſuſtentatur autem diæta, ac ſpiritu; & verò vita hominum, vt numeris non ſubſiſtit, ſic etiam non ſuſtentatur, & cum Martino del Rio ſit concluſio, primo diſiquiſitionum magic. quæſt. 2. pag. 37. numerus, qua numerus eſt, nullam neque naturalem, neque ſupernaturalem vim operandi continet. Hanc qui negat Philoſophũ negat, & hoc optimè probat Andr. Lau. 8. de hiſt. Anatomica, Leonardus Vairus lib. 2. de faſcino cap. 11. & omnes Catholici concedunt vnanimiter; & probatur tum ex Ariſtotele in Methaphyſicis, tum quia fatentur omnes numerum eſſe quantitatẽ, quantitas per ſe nõ eſt operatiua, niſi fortè motus localis, de quo nunc non agitur, numerus enim eſt quantitas diſcreta, cuius non eſt maior efficacia, dicebat Martinus, quam continuæ; atque ad eo præclariſſimè loco citato docuit Cardan. veros Philoſophos numeris ob res vires tribuere, non rebus ob numeros; vnde non immeritò horum annorum obſeruatores, ſophiſtas, ſuperſtitioſos nominauit Duretus, & eorumdem obſeruationem vanitatem appellabat, & ſuperſtitionem, & hinc rectè dicere videtur Plinius lib. 7. cap. 49. citato, Primum artis ipſius inconſtantiã declarat, quod

incerta

res ſit, & multi, vt monuit Cardanus crediderunt horum haud leges certas eſſe.

Reliquum eſt modo, vt rationibus, & auctoritatibus in contrarium adductis reſpondeam.

Ad primam in qua plura referuntur exempla, & hiſtoriæ clariſſimorum virorum, qui in his annis vitam cum morte cõmutarunt; dico quod illa neceſſitas moriendi nõ debet accepta ferri ipſi numero, cuius nulla vis eſt, ſed morbi inſultui, & ipſi fato iuſſu Dei, per iacturam caloris vitalis, & exhauſtum humidi primigenij, & ſimilis obeundi cauſſa, quę eſt in 63. eſt in 56. & 60 quibus id fato conceſſum eſt, vt ſenes tum eſſe incipiant, illi quidem exacta virili ætate à 36. ad 56. hi verò ad 40. ad 60. ergo non numeris vita conficit curſum ſuum, ſicut in numeris fundamentum non habet; ſed vt præclarè Hipp. verba aureis digna litteris teſtantur, Prima vis in homine exiſtit Dei, deinde naturæ muliebris; ergo fatalis interitus, quem Dei voluntas præſtituit, ac eius neceſſitatem in fluxa cuiuſque natura fundauit, nulla numerali ſubtilitate, nec vllo numerorũ complexu poteſt comprehendi, eſt enim pia, & vera perſuaſio Chriſtianorũ omnes homines eò conditos eſſe à Deo,

vt pro ſe quiſque Auctori ſuo tam diu inſeruiat, quoad ipſi viſum eſt, & quantum naturæ viuacitatis conceſſit ad obeunda iuſtitiæ, & pietatis officia quorſum in illis eſt Dei imago, cum excellentia, & præſtantia animantium reliquarum; Non ergo ſi ijs annis obeant homines diem ſuum, obitus cauſſa erit numerus anni climacterici recordari deberent magiſtri, qui ſimilium annorum ſcientiam profitentur cauſſarum diuturnam generationem, ſubitam afferre impreſſionem, eorumquæ ante non erãt, dum viueretur matura ætate, eſt enim ſolemne illud Gal. ſanè non vt morborum, eſt repentina generatio, ſic & generationis cauſſa; & ſi aliqua fit, tunc mutatio in hominibus, non fit vi ſuperſtitioſa numerorum, ſed quia fit repentina, & magna ætatis mutatio, quæ poteſt fieri alijs quoque annis qui finiunt maturitatem, vt docuit Duretus, & inchoant ſenectutem, videlicet 56. 60. 63. nulla ergo eſt æquitas huc aduocare, quaſi infallibiliter numerum ſeptenarij, & nouenarij, & præcipuè 63. & cur referre pauca exempla, & experientias horum annorum, & non infinitas penè obſeruationes eorum, qui emortui ſunt, & minimè in his annis climacte-

 ricis?

cis? nam ante hos, & poſt hos, multi debilitantur, infirmantur, & moriuntur. & cur dicatur non video homines emori numerorum Imperio, & non volente Deo, aut certè illius permiſſu, qui ſolum habet ius vitæ, & mortis, & ego bona fide poſſum teſtari, me Romæ perlegiſſe, & adnotaſſe, ferè omnes ſepulchrorum inſcriptiones, & perpaucos inter innumerabiles obſeruaſſe annis climactericis perijſſe; & præcipue anno 63. quem tanti faciunt vaniſſimi horum annorũ profeſſores; & cum dicitur, hoc anno emortuos eſſe Ariſtotelem,& Ciceronem; reſpõdet & quidem rectè Cardanus,quod Ariſtoteles violenter gladio perijt, Cicero autem exilij mærore, & incertum eſſe dicit Scipionem maiorem 56. obijſſe, & bene addit vir doctiſſimus emori homines, quod cauſſa ſit in corpore inimica.

Ad ſecundam dico,quod licet in ſacra pagina mentio fiat, & apud Patres horum annorũ, non propterea ijs eſt tanta fides habenda, tantaque dignitas tribuenda; vt ob id etiam à Sanctis Patribus ſint multa reiecta falſa, & impia, ſuperſtitioſa, quæ ab antiquis de numeris dicta ſunt; & ratio fundamentalis eſt ex Ariſtotele

lib. 1.

lib 1. Metph. 19. quia numeri qua tales non poſſunt eſſe actionum principia, cum ſint quantitas, vt ſuperius dictum eſt, atque adeo D. Aug. lib. 1. rectract. cap. 9. palinodiam cecinit, quia multa olim numeris tribuebat velut Accademicus.

Ad tertiam dico, antiquos nimium curioſos, & ſuperſtitioſos fuiſſe numerorum obſeruatores; & in plurimis non concordare cum fide Catholica, & bona Philoſophia, vt multis ſuperius dictum, & probatum eſt.

Ad Hipp. auctoritatem in lib. de partu ſeptimeſtri, reſpondet in commen. Cardanus, dicitque mentem illius eſſe, quod primo ſeptenario excidunt dentes priores, tum alij eorum vice renaſcuntur; ſecundo ſeptenario pueri pubeſcunt, & ſemen eorum vitale exiſtit; tertio incrementum in longitudinem deſinit abſoluto homine, reliqua videantur apud Cardanum in commentar. & omnia ad hanc rem facientia cōmodè videntur explicari carminibus Solonis.

Puer impubis, adhuc infans ſeptem dentium
Producit primis ſeptem annis.
Poſtquam autem alios ſeptem ei cōceſſit annos Deus
Pubis indicia generationi apta apparent:

Aetate tertia mento augeſcentibus iam membris
Increſcit mutabilis coloris lanugo,
Quarto ſeptenario quiſque præſtantiſsimus eſt
Robore, ipſique viri ſigna virtutis edunt.
Quintus maturũ iam virũ nuptias moliri ſuadet,
Et liberorum ſuſcipere poſteritatem.
Sexto in omnia hominis animus intenditur.
Et vilia perficere opera amplius recuſat.
Septimo intelligentia, & lingua fit optimus.
Et octauo coniunctis annis quattordecim.
Nono adhuc aliquid poteſt, verũ remiſſior eſt ipſius
Ad virtutes præclaras tam eloquentia, quã ſapiẽtia.
Decimum tandem ſi quis contingerit ſeptenarium
Iam non immaturum fatum mortis ſubibit.

Sed poteſt reſponderi hos numeros non eſſe definitos, quoniam aliqui pubeſcunt anno 13. alij nec 18. ſed interdũ anticipiant; ſic D. Hieronymus refert puerũ nouennẽ ſuã nutricẽ grauidam reddidiſſe; ſic etiã puellæ non bis ſeptem annis fiunt genitales, ſed bis ſex. & Cardanus ibi redarguit eos, qui hunc annorum numerum tanquam exitialẽ obſeruant ſuperſtitioſè. Nec Hipp. vt dicitur 63. annum ponit climactericum, & fatalem; ſed ſtatuit principium ſenectutis omniũ ſerò maximè venientis, ad Senecam dico, quod nõ ſeptimus quiſque annus ætati notam imprimit, ratione ſeptenarij, ſed celerius

& ſerius nota imprimi ſolet, vt ſuo habet progreſſus natura, quæ de ſuo ſemper aliquid fundit, vel ſenſim ammittit, donec ad vltimum ventum ſit vitæ, vbi cũ morte mutatur; & mutatio poteſt eſſe à natura fluxa, & victus neceſſitate in his annis, ſed non in his quaſi certò, & infallibiliter, & cum dictum eſt Prophetam 70. ponere climactericum, dico corpus humanum varijs ſubijci miſerijs, ex quibus ſenectutis ſtatutum tempus inuenire non valemus, vnde Iob rectè dixit. Breues ſunt dies hominis, & numerus menſiũ apud Deum eſt. atque adeo ex dictis patere poteſt quid ſit reſpondendum ad Ficinum, & Valleſium. Bella autem, peſtes, annonam ſterilitatẽ ſæpiſſime à Deo immitti notiſſimum eſt; quoad arbores, juxta temporum anni ſtatum, & annorum mutationem alterantur, ſed non certis numerorum legibus. Cum verò dicitur Auguſtum ſacrificaſſe quod inoffenſo curſu annum 63. exegerit. Reſpondet diſertè Duretus hoc fuiſſe dignum ſuperſtitioſo Auguſto, idque in Regno ſuperſtitionis, quod erat tum Romæ; Non enim Auguſtus Imperio illuſtriſſimus tam erat naturæ, ac Dei cognitione illuſtris.

Sed

Sed obijcitur, febrium ſeptenarios eſſe criticos; vt hoc concedam, quis tamen, vt docet Duretus, ius adferet ſeptenarij ad eam criſim quæ ſeptimo die incidit ſignificata pepaſmo, quem exhibet quartus dies? omnes enim criſes fiunt naturæ, & morbi inſultu; cauſſa ergo eſt certam en naturæ, & morbi, quod illis periodis eſt in procinctu, à motu, putredine, & collectione humoris morbifici; cum ſcilicet natura freta pepaſmo quem ipſa per ſe fecit virtute partium ſolidarum, ad mitificati humoris excretionem, vel abſceſſum aggreditur, atque ita morbo defungitur, vt enim coctio eſt opus naturæ, ſic omnis criſis inde à natura procedit, & vana ſuperſtitio ſeptenariæ periodi ad criſim morborum ibi ſe prodit maximè, quod febrium tertianarum criſis eſt 13. continuarum, & acutarum 14. Tum etiam quod parium dierum paroxiſmi non cadunt in periodos ſeptenarias niſi malè, ſcitum eſt, quæ paribus exarcerbantur, paribus iudicantur, & memores ſint omnes naturas morborum eſſe medicas, vias enim ſine conſilio natura inuenit, & natura non docta quod non didicit, tamen id rectum facit; & quod ratio dierum criticorum pendeat ab

hu-

humorum, & complexionis ratione, & natnrali periodo, videndus Andreas Laurentius lib. 2. de criſibus vſque ad cap. 8. vbi ad mutationem numerorum confugientes Phythagoræos, & Arithmeticos calculos alios reducentes, aut Aſtrologorum planetarias nugas prouocantes Aſtrologos accuratè refutat.

Atque his ſatis modo ſit confutaſſe vanitatem, & ſuperſtitionem riſu potius, quam oratione graui dignam, quæ explodatur, obſeruantiũ annos climactericos, natam ex faucibus Orci, non ex verbo Dei, cuius vna eſt veritas, nec ex naturæ perſpicientia, quæ nunquam aberrare nos ſinit. & recordentur omnes memorabilis illius ſententiæ, quæ litteris aureis notari deberet, Iob ſuperius citatæ. Breues ſunt dies hominis, & numerus mẽſium apud Deum eſt. & memores ſint Imperatoris Maximiliani Secundi, à quo Princeps Aulæ, quem vocant magnum Magiſtrum, cum ei per litteras gratulatus eſſet de anno climacterico ſecundis rebus exacto, reſponſum tulit, omnes vitæ annos ſibi eſſe climactericos, ac ſui conſeruationem referre ad vnicam Dei prouiden-

tiam

tiam, quam celebrare ſolebat dicto illo ſolenni Abrahami ad filium Iſaacum, Dominus prouidebit, dixi.

L A V S D E O.